Ad usũ D. Agathangeli.

CHRISTIANI HELWICH LIBER,

In qvô demonstratur:

Qvod Presbyteri destituantur facultate ordinandi PRESBYTEROS.

Ad

ILLUSTRISS. AC REVERENDISS.

DOMINUM,

Dn.

LEOPOLDUM GUILIELMUM,

L. B. de & in Tharoull DN. in Superiori & Inferiori Paulowitz, &c. Eccles. Cathedral. Vratisl. PRÆLAT: CANCELLAR. ejus & COLLEGIAT. S. Crucis ibidem CANONIC. SENIOREM, Serenissimi ac Reverendiss. PRINCIPIS Ep. Vratislav. &c. &c. &c. Curiæ Episcopal. PRÆFECTUM, &c.

Cum Licentia Ordinarii.

VRATISLAVIÆ, in Officina Baumanniana Typis exprimebat Johannes Güntherus Rörerus, 1637.

JLLUSTRISSIMO

ac REVERENDISSIMO

D O M I N O,

Dn.LEOPOLDO

GUILIELMO,

Libero Baroni de & in

Tharoull, DOMINO in Superiori & Inferiori Paulovvitz Eccles. Cathedral. Vratislav PRÆLATO CANCELLARIO Eju: & COLLEGIATÆ S. CRUCIS ibidem SENIORI CANONICO,

SERENISS. ac REVERENDISS.

Principis Episcopi Vratislav. &c. &c. &c.

CURIÆ EPISCOPALIS PRÆFECTO, &c.

Domino meo gratiosissimo.

Salutem & perpetuam Felicitatem!

Illu

ILLUSTRISSIME AC REVERENDISSIME DOMINE,
DOMINE gratiosissime.

Cum ante biennium ferè Vratislaviam delatus essem; Catholici ac à nostrâ etiam devii Religione mirè mihi prædicabant, hi qvidem incredibilem in pauperes amorem, illi verò tùm hunc, tùm qvoq; ferventissimum Illustriss. ac Reverendiss. Dignit. V. *pro domo DEI Zelum & indefessum reducẽdi palabundas ad Christi ovile oviculas studium. Pientissimum comprimis opus, qvò rarâ liberalitate constitutis magnò sumptu Medicô, Pharmacopæô, Chirurgo, &c. ii, qvos durior presserit sors, Ægrotantes à Reverendiss. Prælato sublevantur, commemorabant. Illicò hæc refricabant memoriam Guilielmi Sirleti â Pio IV. multis cumulati honoribus & postremo*

etiam ſapienter in Ampliſsimum Cardinalium Collegium allecti, nam & eum noveram ex magnâ in pauperes liberalitate multa profudiſſe & vix qvicqvam ſibi feciſſe reliqvi. Ex eô colligebam ad qvantam Catholica præ Lutheranâ perfectionem ducat religio. Magis verò in meâ confirmatus ſum opinione, ex qvô percepi tot Scholas ab Jlluſtriſs. ac Reverendiſſ. Dignit. Veſtra conſtitutas, in qvibus egeni ad omnem inſtituantur honeſtatem ac pietatem, ex qvô tot viduis miſeriſq; hebdomadalia munificâ manu ſurrogari ſubſidia à Te audivi aliaq; poſterorum conſcientiæ reſervanda. Poſtqvam verò, de qvô mihi plurimùm gratulor, Reverendiſſ. ac Jlluſtriſſ. Dignitati Veſtræ innotui, præſens aliqvoties obſervavi, qvàm incredibili extorres à gremiô matris reconciliandi Eccleſiæ teneatur ardore. Qvotiescunqve enim, qvod perſæpè fieri compertum habeo, cum alienis à fide noſtra

Illuſt.

Jlluſt.ac Reverendiſs. Dignitas V. *agit, non tàm comptâ ac ad aucupium aurium comparatâ qvàm forti ac virili oratione cœtus ab avitâ religione novis dogmatibus ſeparati falſas refellis do-ctrinas ac noſtræ religionis veritatem & ſanctitatem tuetur. Sed hæc & alia plura grata poſteritas memoriæ æternitatis conſecrabit & tàm Jlluſtri* Jlluſtriſſ. ac Reverendiſſ. Dignitatis Veſt. *Exemplo ſeſe ad Virtutis accendet ſtudium; & fortaſsis hic ipſe debitor calamus ſuô ſeſe exolvet debito. Impatiens omnis moræ hunc Libellum tantarum Virtutum admirator in qvalecunqve grati animi monumentum, cum me in fundatione ſuâ Medicinam ægris* Jlluſtriſs. Dn. *facere voluerit, in anteceſſum ſubmiſſè offero. Suſcipe ergo* Jlluſtriſsime ac Reverendiſsime DOMINE, *Opuſculum vultu, qvo ſoles, benignô & gratioſo, dum prolixiora & elaboratiora ſeqvantur ſcripta, qvorum*

qvædam jam plenè ad Typum parata in Scriniis meis latent & non nisi obstetricantes Patronorum manus præstolantur. Ad majora pertinaci labore aggredienda animabor, si V. Jllustriss. ac Reverendiss: Dignitas *suo gravissimo judicio parvum mole librum probarit, & me gratiâ suà porrò, qvod obnixe oro, prosecuta fuerit. Ego cum omnibus piis DEum indefessè orabo, ut* V.Reverendissimam ac Jllustriss. Dominationem *omnibus bonis cumulet & per multos adhuc annos in insigne Ecclesiæ Catholicæ incrementum feliciter superesse jubeat!*

JLLUSTRISSIMÆ AC REVERENDISSIMÆ DIGNITATIS VESTRÆ

deditissimus

CHRISTIANUS HELWICH Philos. & Med Doct. & Imperial. Acad.

(✻)

PRÆFATIO

Ad Concionatores Evangelicos.

MAgnam Sacerdotum dignitatem arguunt tituli, qvibus à Spiritu S. in Sacris condecorantur, *adjutores DEI* vocantur 1. ad Cor. c. 3. v. 9. & *legatione pro Christo fungentes*, 2. Cor. c. 5. v. 20. Et non inconcinnè pius & doctus Præsul scribit: *Sacerdotum ora sunt canales & tubi per qvos è cœlo in terram super homines bonæ voluntatis pax defluit, voces eorum sunt JEsu Christi tubæ, à qvibus iniqvitatis, qvæ mystica Jericho est, muri ad terram concidunt & dejiciuntur.* Prætereà *Dispensatores Mysteriorum DEI* audiunt 1. ad Cor. c. 4. v. 1. & ut S. Hieronym: in Ep. ad Nepotian. loqvitur, *Christi corpus sacrô ore conficiunt, per eos Christiani sumus - claves regni cœlorum habentes ante diem judicii judicant.* Hinc incunctanter S. Johannes Chrysostom. perpendens Sacerdotii functiones

hom. 5. in illud Isaiæ: in *annô, in qvô mortuus est Ozias*, in hæc erumpit verba: *Sacerdotium ipsô regnô venerabilius ac majus, ne mihi narres purpuram, neq; diadema neq; vestes aureas, umbræ sunt ista omnia vernisq; flosculis leviora.* Imò Angelicam celsitudinem excedit munus hoc; nulli enim ordini & choro S. Angelorum est dictum: *Accipite Spiritum S. qvorum remiseritis peccata remittentur eis.* Qvod iterùm egregiè deducit aurei oris Doctor lib. 3. de Sacerd. c. 3. His expensis S. Prosper lib. 2. de vit: activa c. 2. *Sacerdotes*, inqvit, *januæ sunt Civitatis æternæ, per qvos omnes qvi credunt in Christum, ingrediuntur ad Christum, ipsi janitores, qvibus datæ sunt claves regni cælorum, &c.* Hæc sine dubio Vobis, Viri doctissimi, cognita, nec vos, ut spero, latet functiones illas, à nemine exerceri validè posse, nisi qvi ritè sit ordinatus.

Cùm verò & vos Confesſiones excipere & à peccatis abſolvere ac S. Cœnam celebrare minimè dubitetis,pro æqvitate veſtrâ ſuccenſere minimè poteritis , ſi vobis occaſio detur examinãdi veſtram ordinationem & iis, qvi de illâ dubitant, reſpondendi. In hóc opuſculo majoris prodromo legetis aliqva,qvibus ordinatio Presbyteralis funditûs everti videtur; nam qvà polletis ingenii dexteritate,ambabus largiemini, eum actum minimè probari poſſe, cujus nullum in omni antiqvitate à temporibus Lutheri usq; ad ævum Apoſtolicum extat exemplum (nam qvæ vulgò adduci ſolent & à Doctoribus veſtris allegata ſunt,fruſtra afferri legent hic demonſtratum) qvi à Conciliis Oecumenicis interdictus & irritus eſt declaratus, Apoſtolorum conſtitutionibus & praxi adverſus & cum Chriſti factô ac volun-

luntate è diametrô pugnat: ita autem cum Presbyterali ordinatione comparatum esse invenient in hoc libello probatum. Non mirabuntur ergò, qvod de consecratione Eucharistiæ & absolutione eorum secùs qvam ipsi sentiamus. Per vulnera ergò Christi obtestamur eos, ut tandem perpendant, in qvàm certô damnationis discrimine versentur ipsi & eorum auditores, licet, qvæ nullis lachrymis deploranda eorum miseria est, nescio qva fiduciâ cælitum sibi consortium spondeant. Qvod si aliqvando diligentius de salute sua fuerint soliciti, certò certiùs cœleste lumen ipsorum illabetur pectoribus eademq; illuminabit, ut intellecturi sint, qvàm in præcipiti statu versentur, eosq; per alios me eruditiores ad montem S. & tabernacula DEI deducet. Qvod à DEO ardentissimis precibus semper contendam. JEsum omnium hominum Judicem & scrutatorem cordium testor, me à nullô mortalium impulsum hæc scripsisse aliaq; imposterum scripturum, si DEus annuat, multò minus eô animo, ut in qvibusdam locis odia qvorundam

dam adverſus ipſos accendam. Horum enim cauſas procul habeo. Ex ferventi deſideriô revocandi homines ab errore viæ ſuæ, Jac. 5. vult. & commiſeratione intimâ hominum innumerabilium fame ſpirituali ex defectu S. Euchariſtiæ & remisſionis peccatorum in viâ hâc tabeſcentium ductus horis ſubciſivis ea in chartam conjeci redditurus amicis ſimul rationem temporis theſauri omnium pretioſisſimi, ac deniq; teſtaturus promptum proximo inſerviendi animum. Optimè tempus me collocâſſe arbitrabor, ſi vel unus hinc occaſionem & anſam arripiat ſeriò cogitandi de via ſalutis, una enim anima in conſpectu DEI toto mundô potior. Brevi, ut ſpero, hunc libellum tractatꝰ de Schiſmate ſubſeqvetur & de ſanctisſimo novi fœderis ſacrificio, ut & Epiſtola ad Amicum qvendam ſcripta, qvâ nexus doctrinæ Proteſtantium modeſtè oſtenditur. Præmiſi verò præſens opoſculum ſecutus voluntatem admodum Reverendi Patris Caſpari Hermanni ex ſacra Ciſtercienſium familiâ religioſi & Sacræ Cæſar. Majeſt. Capellani Aulici, qvi cum Vratislaviæ ad

tempus

tempus degeret; aliqvoties tùm de Medicis & Physicis pro insigni suo in hæc studio amore, tùm & Theologicis in Museo meo differens Schedulas has jam descriptas vidit, & cum aliqvam ex lectione earum utilitatem in Lectorem redundare posse crederet, Zelo pio fervidus maturandam editionem svasit, & ut lucem publicam aspiceret, operam dedit. Qvo nomine ei etiàm gratias ago. Diligenter verò laborabo, ut plenior hujus argumenti discussio, DEO juvante, commodo tempore publicè legi qveat.

Si interea de hâc materia à qvoqvam aliqvid fuerit publicatum, id studiosè evolvam & qvæ meis adversabuntur, sine ullis insectationibus refellere conabor.

Valete, & Rem Æqva, qvod opto, lance ponderate.

* * * * * *

* * * * * *

* * * * * *

Caput I.

De necessitate ritè Ordinatorum Presbyterorum.

§. I.

JLlud Christiani omnes ferè profitemur, qvòd in S. Eucharistia carne & sangvine Domini N. J. C. reficiamur: *Caro* enim *ejus verè est cibus & sangvis ejus verè potus*, Joh. cap. 6. v. 55. & *Viaticum nostri itineris, qvô in hâc viâ vitæ alimur ac nutrimur, donec ad ipsum pergamus de hâc vitâ recedentes: Unde dicebat Dominus: Nisi manducaveritis meam carnem & biberitis meum sangvinem, non habebitis vitam in vobis ipsis*, ut præclarè Gaudent: in Tract. 2. Illud etiam unô ore

affirmamus, qvòd Christo arctissimè uniamur juxta verba V. 57. ex cit. Joh. cap. *Qvi manducat meam carnem & bibit meum sangvinem in me manet & ego in illô. Qvemadmodùm*, sunt verba Ammonii Caten. in cap. VI. Johann. p. 195 *cibi sensibiles nobis contemperati corpus sustentant, sic & Mystica Communio naturalem quodammodò qvandam conjunctionem efficit Christum cum fidel commiscendô.* Conf. S. Joh. Chrysost. hom. 24. in 1. ad Corinth. p m. 533. edit. Commel. Græcolat Cùm verò summum bonum Christiani consistat in unione & conjunctione cum Deo, ut â S Thomâ demonstratum est; Congruè Eucharistiam Basilius M. epistolâ ad Amphilochium Canone 45 appellat Τὸ ἀγαθὸν *h. e. Summ Bonum*, ut notum ex Aristot. lib. prior. c. 39. §. 4. juxta Monlor

diſtinctionem articulum eam vim habere, 10. Eth c. 2. qvoq; eôd: loqvendi genere utitur Ariſt: Eudoxi opinionem de voluptate confutans. Atqve hinc Veteres Inſigni ob ſumptam Euchariſtiam lætitiâ perfuſi ſæpè ad martyrium quaſi impotentes lætitiæ ſeſe obtulerunt ac nefas rati ſunt jejuniis aut aliqvâ animi anxietate hilaritatem ex uſu corporis & ſangvinis Dominici conceptam confundere, ut Gabriel Albaſpinæus Epiſcopus Aurelianenſ:, qvi ſingulari elogiô Patrũ lingva animusq; audiit & â Carolò Paulinô in epiſt. ad Cardinal. Richelium valdè laudatus eſt, oſtendit lib. 1. obſervat. de veterib. Eccleſ. ritib. obſervat. 12. p. m. 52.

§. 2. Extra Controverſiam qvoqve eſt apud Catholicos pa-

riter & Proteſtantes poſitum, qvòd non qvivis S. Euchariſtiam adminiſtrare posſit. Rigaltius qvidem noſtræ Communionis homo primus poſt tot ſecula, incertum qvô fine, obſervat: 19. ad libros Tertull. è Codice MS. Agobardi emendatos hic dubium movit, qvod ita diſſolvit modò memoratus Albaspinæus, ut ſibi ſatisfactum eſſe fateretur Rigaltius. Cùm verò Albaspinæus vitam cum morte commutâſſet, Hugo Grotius admirandæ vir eruditionis evitaturus objectionem, qvòd in reſtituendâ Proteſtantium cum Catholicis Communione qvanqvàm irritô conatu laborans neutrius ipſe particeps eſſet, idem argumentum editô Opuſculô de Cœnæ adminiſtratione, ubi Paſtores non ſunt, excusſit & cauſam dixit

pro

pro Rigaltiô applaudente ejus admiratore Epiſcopio nec non Hermannô Conringio multarum literarum homine, ut eum appellat P. Honoratus Fabri, in ſuis, qvas vocat, animadverſ. in partem priorem Conringii laudati & correcti ſcil. â fratribus Walenburchiis p. 40. Verùm non fuit ferundo Grotii libello P. Dionyſius Petavius è Societ. Jesu, à cujus lumine aliàs in Theologicis Grotius lumen mutuatus eſt, ut ipſe in Epiſtolis gratus fatetur, & doctisſimâ diſſertatione diluit Grotii objecta; Cùm ecce juratus Petavii hoſtis Claudius Salmaſius Criticus & Philologus inter ſuos celeberrimus, qvem Bona Cardinalis meritò appellat Virum loqvacem & veterum Autorum Compilatorem, ſub Walonis Meſſa-

 lini

lini larvâ latens virulentisſimo ſcripto Rigaltii & Grotii ſententiam propugnare & Petavium confutare eſt aggreſus; ſed veritatis vis inter ipſos Reformatos adegit Rivetum & Clopenburgium ut Grotii dubia iſte aliud agens hic alteram diſſert; partem operoſiùs refelleret„. Conticuiſſe lis illa fuerat viſa aliqvamdiu, donec Georgius Ambianas ex religiosâ Capucinorum familiâ in inſigni aliàs opere Tertulliani redivivi ſententiam Rigaltii, Salmaſii & Grotii qvadantenùs in lucem denuò produceret, qvô nomine laudatus à Conringiô, cœteris Lutheranis, qvantum mihi conſtat, ſilentiô ſuô diſſenſum, nam & id fieri poteſt, teſtantibus. Nobis non vacat ingredi denuò campum, in qvô nuperrimè
iterùm

iterùm cùm maximâ eruditio-
nis laude an & veritatis aliorum
judicium esto, certavit Heinri-
cus Dodvvellus antiqvitatis o-
mnis peritissimus & sacerdota-
lis officii vindex insignis. Du-
biũ certè maximum Grotii per-
qvàm dextrè resolvit & præterea
à Frumentii exemplo Laicorum
consecrationi petitum prætex-
tum solidè discutit. Nimirum
juxta Grotium Frumentius ad
Indos sive Æthiopes veniens
Auctor fuit his, qvos ad Chri-
stum converterat, & paucis, qvi
cum ipsô erant, ut Romano mo-
re, qvæ sunt Theodoreti verba,
& convenirent καὶ τὰς ἱερὰς ἐπι-
τελεῖν λειτουργίας & sacra celebra-
rent: At *nemo*, ait Grotius, *ibi
tunc Episcopus erat, nemo Presbyter.*
Respondet Dodwellus de jure
Laicorum sacerdotali cap. 4. à

p.275. & seqq. observando, primarium hujus historiæ auctorem esse Ruffinum, qvi eam acceperit ab Ædesiô; & hinc concludit rectissime, Socratem, Sozomenum, Theodoretum, qvi sunt Ruffinum secuti, ad eum esse exigendos, Ruffinum verò histor. Eccl. lib. 10 cap. 9 factum Frumentii his verbis describere: *Reqvirere solicitiùs cœpit, si qvi inter negotiatores Romanos Christiani essent, & ipsis potestatem maximam dare ac monere, ut conventicula per loca singula facerent, ad qvæ Romanô ritu Orationis caussa confluerent*, in illis verò verbis ait nullam officii sacerdotalis mentionem fieri, orationem enim non constituere proprium sacerdotis officium, Socratem qvoq; græcâ Ruffini versione usum eandem ad verbum fere reddidisse, qvantum

verò

verò ad Theodoretum cernens Dodwellus difficultatem omnem versari in voce liturgiæ, qvam adhibuit Theodoretus, rectè notat, eà *maximè propriè*, ut loqvitur, *servitionem denotari*, unde Hesychius λειτουργεῖν per δουλεύειν explicet. Et certè Angeli non propter Sacrificium sed propter ministerium vocantur λειτουργικὰ πνεύματα Spiritus administratorii ad Hebr. c. 1. v. 14. & rem Eleemosynariam Apostolus vocat διακονίαν τῆς λειτουργίας ministerium officii 2. Cor. 9. v. 12. Conf ad Philip. 2. v. 25. Imò ostendit perqvàm egregiè vocis illius usum antiqvissimum fuisse in hymnis, qvibus Numen celebrabant sacrificaturi, laudans verba Pollucis in Onomast. lib. 3. c 30. Clement. Alexandr. lib. 2. Stromat p. 71. & hinc Theodoretum optimè de Psalmodiâ expli-

cat, qvem in finem adducit manifestissimum textum ex lib. 2. hist: Eccl. c. 24. Apertissimum verò est non involvere hanc Psalmodiam officii Sacerdotalis aliqvam partem. Et ita veritas de erroribus qvâcunq; ratione palliatis triumphat. Hæc utut inter paucos ita disputata sint, Ecclesia Catholica docet constanter, non posse qvemvis S. Eucharistiam celebrare non repugnantibus integris Lutheranorum & Reformatorum cœtibus.

§. 3. Qvia verò miseri peccatores justitiam beneficiô JEsu Christi susceptam non constanter tuemur, DEUS *dives in misericordiâ* ad Ephes. c. 2. cognoscens *figmentum nostrum* Ps. 102. aliud vitæ remedium contulit hominibus, qvi sese in servitutem peccato dediderunt, qvô lapsis post ac-

ceptam auctamq́; gratiam infinita JESU Christi merita applicantur, scilicet salutare pœnitentiæ Sacramentum, Ecclesiæq́; suæ in Petro & reliqvis deinde Apostolis dedit potestatem remittendorum vel ligandorum, prout æqvum judicaverit, peccatorum: nam à mortuis excitatus insufflavit in discipulos suos dicens: *Accipite Spiritum S., qvorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & qvorum retinueritis, retenta sunt.* Joh. c. 20. Qvæ potestas solvendi in Ecclesia adhùc exeritur frustra obstrepente qvondam Montanô, qvi cavillabatur, qvòd Ecclesia peccata mortalia in DEum commissa remittere non posset, locumq́; citatum de Apostolis intelligendum esse causabatur, ut liqvet ex disputatione Tertull. de Pudicit. c. 21. qvam scripsit

jam Montani spiritu actus, frustra qvoq; obstrepente Novato, contra qvem ejusq; Asseclas fortiter dimicant S. Patres Pacianus adversus Sympronianum Novatianum epist. 3. S. Ambrosius lib. 1. de Pœnit. c. 2. & 6. præprimis verò S. Martyr Cyprianus tùm alibi tùm in Epist. ad Antonianum; Credimusq; *Omnibus delictis seu carne seu Spiritu seu factô seu voluntate commissis, eum, qvi pœnam per judicium destinat, & veniam per pœnitentiam spopondisse*, ut loqvitur Tertull. lib de pœnit. c. 2. & 6. qvam indulgentiam qvoq; verè Ecclesia tribuat. Constat verò facile non omnibus promiscuè Christianis in Ecclesiâ hanc esse concessam facultatem, & id qvoqve difficultatem apud protestantes non habet, sicuti Richardus Montacutius Anglus in parte

poster. Origin. Ecclesiastic. p. 472. fatetur non *esse potestatem hanc concreditam cuicunq; è fæce aut popularis statûs.* Interim jus remittendi privatas à proximô illatas injurias promiscuè Christianis convenire notavit Theophil. ad Matth. cap. 18. & nemo negat, qvin ita Christianus Christiano condonare possit injurias & offensas, ut vindictam neq; exigat per se, neq; à DEO homineve deposcat, id qvod etiam Christus l. c. reqvirit.

§. 4 Satis verò manifestum est, qvòd Presbyteri & sacerdotes habeant potestatem consecrandi S. Eucharistam, qvæ eis traditur in ordinatione his verbis: *Accipe potestatem offerendi sacrificium DEO* sive consecrandi: nam ut bene R. P. Honoratus Fabri è Soc. Jes. in summâ Theolog.

Tract. 8. cap. 8. p m. 616. *Potestas sacrificandi & consecrandi prorsùs eadem est, ut patet ex ipsâ ordinationis formâ.* Porrò indubitatum est, qvòd Sacerdotes habeant potestatem remittendi qvælibet peccata. S. Chrysostom: lib. 3. de Sacerdot. *Corporis*, inqvit, *lepram non purgare* sed *purgatam ostendere & probare Judæis sacerdotibus datum est.* *At nostris Sacerdotibus non corporis lepram verùm animæ sordes non dico purgatas ostendere sed purgare prorsus concessum est.* S. Ambrosius lib 1 de Pœnit: c. 2. *DEus*, ait, *distinctionē non facit, ac qvi misericordiā suam promisit omnibus & relaxandi licentiam sacerdotibus suis sine ullâ exceptione concessit. Sacerdotes ergo*, ut Prosper Aqvitan. lib. 2. de vit. contemplat. c. 2, *sunt Januæ civitatis æternæ, per qvas omnes, qvi credunt in Christum, ingrediuntur ad Christum.*

Ipſi janitores, qvibus claves data ſunt regni cœlorum. Nec aliter ſentiunt doctiores inter Proteſtantes. Cùm Hardingus noſter dixiſſet, *Noſtri Sacerdotes poteſtatem habent animam liberandi & purgandi â peccati ſordibus*: Juellus magnoperè Voſſio laudatus reſpondere non dubitavit: *Et ecqvis, te qvæsò, aliter ſtatuit? Cum ſacrô Sacerdotio initiamus aliqvos, verba illa Chriſti ſuper eos uſurpamus, qvorum remiſeritis peccata remittentur iis.* Uſſerius reſpondens ad provocationem R.P. p. 109. audacter aſſerit ſe injuriâ affici ab eô, *qvi negatum illud â nobis pronunciat, ſacerdotes poteſtate præditos eſſe peccati remittendi*, ut verba Armachani ſonant. Et ante nominatus Montacut. l. c. ait eſſe *certum & definitum de ſententiâ Eccleſiæ Anglicanæ poſſe illos* (Sacerdotes) *& debere acceptâ, auditâ, co-*

gnitâ pœnitentium confessione eosdem absolvere per auctoritatem illam sacerdotalem formali & solenni more modôq; usurpatam, ego te absolvo; ita ut non minus verè existant verè pœnitentes, si non ponatur obex, absoluti per verba Sacerdotis, acsi Angelus de cœlo, Propheta internuncius, imò ipse DEus diceret, remittuntur tibi peccata tua. Et hinc videmus verissima esse, qvæ habet Chrysost lib. 3. de Sacerdot. Sacerdotes potestate illâ præditos, *qvam nec Angelis DEus nec Archangelis communicavit.* Et hinc meritò Baronius concludit ex S. Chrysost. sententiâ propter hanc potastatem, *quâ*, ut ibidem addit, non *est excellentior ulla*, Sacerdotes præstare dignitate Angelis. Isaacus Casaubonus Vir eruditissimus, qvem ipse Scaliger aliorũ contemptor magnifecit, qviq; ut Molinæus in literis ad Mon-

tacut. qvæ 28. locum occupant inter eas, qvæ adjectæ ſunt epiſtolis S. Clementis ad Corinthios Londini, A. 87. h. ſeculi editis ad Papiſmum inclinabat, ita ut Apoſtaſia, ſicuti ineptit Molinæus, metuenda eſſet, in Baronio id fruſtra carpit Exercit. 16. num. 30. p. m. 700. edit. Londinenſ. in fol. Qvoniam verò hæc poteſtas conſecrandi & jus remittendi peccata omnibus Chriſtianis non competit, ut in antecedentibus oſtenſum, manifeſtò patet, non omnes Chriſtianos eſſe propriè loqvendo Sacerdotes & Presbyteros; id qvod etiam conſtat ex 1. Cor. 12. v. 4. Ubi Apoſtolus, *diviſiones*, inqvit, *gratiarum* item diviſiones *miniſtrationum ſunt*, & v: 29. qværit: *Numqvid omnes Apoſtoli? Numqvid omnes Prophetæ? Numqvid omnes Doctores?* In epiſtola ad Epheſ.

phes. c.4. v.11. Ita S. Paulus l-
qvitur: Et ipse (Christus) ded
qvosdam Apostolos, qvosdam autem Prophetas, alios verò Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores.

§.5. Eqvidem cùm Christiani inBaptismô Spiritu S. ungantur, & ab Apostolorum tempore Sacro Chrysmate deliniti sint sive statim post susceptũ baptismum, ut olim contingebat, ubi adulti baptizabantur, sive, ut hodie fit, ubi teneris infantibus gratia baptismi confertur, post prætelapsos aliqvot annos, non inmeritò Christianis tribuitur illud nomen, qvod unctis sub V T. conveniebat: Illi verò, qvi sub antiqvo fœdere ungebantur, erant dicebanturq; vel *Reges* vel *Sacerdotes*, qvâ de re evolvi possunt inter alia & seqventes Sacræ Scripturæ textus Exod. 28.

v. 4. c. 30. v. 30. Num. 3. v. 3. 1. Reg. c. 9. v. 16. c. 16. v. 13. 2. Reg. c. 2. v. 4. 1. Reg. 1. v. 34. 39. 45. 4. Reg. 9. v. 1. 3. 6. *vel etiam Prophetæ,* (qvi olim *videntes* nuncupabantur 1. Reg. c. 9. v. 9) ſicuti conſtat exemplô Eliſæi ex 3. Reg. c. 19. v. 16. Hinc ergò ſub. N. T. qvi baptiſmi facti ſunt participes, nuncupantur *Illuminati* ſive videntes ad Hebr. 6. v. 4. ut & *Reges & Sacerdotes* Apoc. cap. 1. v. 6. Certò olim baptizatis *corona* fuit impoſita, ut conſtat ex Severô Alexandr. libr. de Baptismo, Chryſoſtomô, Cyrillô Gregorio Nazianzenô aliisqve pluribus. Adverterunt hoc antiqvi Eccleſiæ Doctores. Origen. hom. 9. in Leviticum ita fatur. *Omnes, quicunq; ungventô ſacri Chryſmatis delibuti ſunt, ſacerdotes effecti ſunt ſicuti & Petrus* (1. Petr. c. 2. v. 9.)

ad omnem Ecclesiam dicit; vos autem genus electum & regale Sacerdotium. H. J. Paulô aliter, ut obiter dicam, verba Petri Æthiopicus Interpres intellexit, hujus versio ita sonat: *Vos autem creatio estis electorum & arca regalis & populus purus & gens gloriosa.* Origenianis bene consonantia deprehendere licet apud Auctorem serm de unctione Chrysm. apud S. Cyprian. Salvian. lib. 3. de guber nat. DEI. Nemo verò non videt, qvòd, sicuti Christiani metaphoricè appellantur Reges Ita etiam impropriè ob unctionem, qvam cum Sacerdotibus prisci fœderis habent communem, nominentur Sacerdotes. Regibus verò & Sacerdotibus talibus regni ac Sacerdotii munera propriè talia haud conveniunt, sed qvæ illis secundum

Ana-

Analogiam reſpondent. Nimi-
rùm regiô ſuô munere fungun-
tur Chriſtiani, cùm ritè guber-
nant ſuos ſenſus, membra, po-
tentias, animi paſſiones Conf.
Gregor. M. 26. Moral. in Job. Sa-
cerdotali autem, cum offerunt
quotidiè myſticas hoſtias varii
generis, holocauſta qvidem,
qvando DEo ſe totos devovent
etiam ad martyrium parati, pa-
cificas verò, qvoties pro impe-
tratis â DEo beneficiis perſol-
vunt gratias aut nova piis pre-
cibus exorant, & tandem ſacra
propitiatoria, cum pœnitentes
DEum gemitibus aut lachrymis
placant. Eoſdem titulos popu-
lo Judaico tributos legas Exod.
c. 2. v. 9. Qvemadmodùm verò
Judæorum illud Sacerdotium,
qvod alii vocant Laicum, maxi-
mè â publicô eorundem Sacer-
dotio

dotiô diſtat, ut immani piacul
imò & Sacrilegiô ſeſe contam
narent in jura ejus involantes, u
conſtat exemplo Coritarum
Saulis, Uzzæ & Uziæ: Ita etiar
Laicorum inter Chriſtianos Sa
cerdotium remotisſimum eſt a
Eccleſiaſtico, ita ut ſi jura eju
ſibi vendicaret Laicus, maxim
crimine ſeſe pollueret. De cæ
terô nobis non vacat examinare
an regale hoc Chriſtianorum
Sacerdotium à Judæorum Hel
leniſtarum de peculio ſegulla
dogmatibus ad Chriſtianos ma
nârit, uti etiam ex aliis diſcere
cupimus, quid ſentiendum ſi
de verſione Syriacâ, Arabicâ &
Æthiopica loci Apocalyptici.
Nam Syrus ita legit: *Fecit nobi
Regnum Sacerdotale DEô & Patri ſuo*
Arabs autem: *Fecitq; nobis Regnum
Sacerdotii.* Æthiops tandem: *C*

Constituit vos in Regnô S. Patris ejus DEI. Suspicati sumus in qvibusdam Græcis codicibus olim aliter lectum fuisse & deinde in N. T. Græco Oxonii è Theatrô Sheldonianô, in quô ex plus 100. MS. Codicibus variantes lectiones sunt collectæ, reperi qvondam in qvibusdam exemplaribus inventa hæc verba: ἐποίησεν ἡμῖν βασιλείαν καὶ ἱερεῖς.

§. 6. Cùm ergò omnes Christiani propriè loqvendo Sacerdotes non sint nec gaudeant potestate consecrandi corpus & sangvinem Domini & facultate remittendi peccata, cum omni curâ discendum erit, qvinam veri sint Sacerdotes, ne, cum isti deficiunt, summô nostrô bonô corpore & sangvine Dominico ut & remissione peccatorum, in qvibus vita spiritualis

majori ex parte consistit, carer
cogamur. Et id qvidem tant
magis, qvò certiùs est, Ecclesian
sine Sacerdotibus esse non posse
S. Ignatius epistol. ad Tralliano
edit. Vossii p. 48. *sine his* (Episco
pis, Presbyteris & Daconis) *Eccle
sia non vocatur*. S. Hieronym: in Di
alogô adversus Luciferian. c. 8. *Ec
clesia*, inqvit, *non est, qvæ non habet Sa
cerdotes*. Hinc S. Cyprian. in E
pist. 69. ad Florentinum alias lib
4. epist. 9. ante finem Ecclesian
definit: per *plebem Sacerdoti aduna
tam, & gregem pastori suo adhærentem*.
Samuel Pufendorff, qvi præte
spem in manus meas hic Vra
tislaviæ incidit, in tractatu post
humo coactus est agnoscere no
posse esse corpus Ecclesiasticum
sine legitimis Presbyteris & Sa
cerdotibus.

§. 7 Non litigabimus cum
qvô

vóqvam hôc locó de poſtulatio-
e, electione, examinatione, con-
rmatione, cùm manifeſtum ſit
on ſeqvi, hic eſt poſtulatus, ele-
us, examinatus, confirmatus, er-
ò Sacerdos eſt. Communi verò
o omnibus ſuffragio approbatur,
er legitimam Ordinationem ali-
vem conſtitui Sacerdotem, id eſt,
tribui poteſtatem conſecrandi S.
ucharistiam & utendi clavibus,
væ deinde facultas pro Superio-
um diſpoſitione exit ſuum in a-
um. Legitima autem ordinatio
æſupponit legitimum ordinãtem,
vemadmodũ legislatio in civilibus
gislatorem, juſtũ judiciũ Judicem
gitimum & ſic conſeqventer. Si au-
em is verus eſt Sacerdos, qvi legiti-
e ordinatus, & is legitimè ordina-
is, qvi à legitimô ordinãte eſt ordi-
atus, certè is, qvi à legitimo or-
inante non eſt ordinatus, non

 poteſt

poteſt eſſe verus Sacerdos & Pr byter, nec, ut diximus, gau facultate conſecrandi Euchariſtia & jure clavium; et ſi cœtus aliq Doctores agnoſcit à legitimo or nante non miſſos, is ſpirituali cœleſti cibo deſtituitur, & fruſt à Doctoribus ſibi præpoſitis in a ſolutione remisſionem peccatoru præſtolatur. Ita ſcilicet res ſe habet in Eccleſiâ, ſicuti in Rep blicâ. In hâc nemo Magiſtratu partes ſuſtinere poteſt, niſi qvi Legitimo Principe conſtitut l. I. ff. de Leg. Jul. ambit. a eò ut *Majeſtatis crimen incurrat*, q *privatus pro poteſtate Magiſtratu qvid ſciens dolò malô geſſerit*. l. 3. ff. a Leg. Jul. Majeſt. Conf. Caſpa Ziegler. de jure Majeſt: lib. 1. 29 p. 445. In Eccleſiâ eôdem mo dô res habet, & nemo Sacerdot honore gaudere poteſt, niſi ab eo qvi jus dandi habet, ſit conſtitu

us. Eos verò, qvi à Presbyterò sunt ordinati, non esse à legitimò ordinante constitutos decrevimus hàc exercitatione probare. Ex hóc fluet suâ sponte cœtus illos, qvi habent ejusmodi Doctores à Presbyteris constitutos, non habere S. Eucharistiam & remissionem peccatorum.

Caput II. Probans:

A temporibus Concilii Nicæni in Catholicâ Ecclesiâ nullum à Presbyterô fuisse ordinatum.

§. I.

In Republicâ Christianâ jus consecrādi Presbyteros Presbyteri à temporib: Conc: Nicæni I. nunqvam usq; ad tempora Lutheri exercuerunt. Qvod notissimum erit eis, qvi historiam Ecclesiasticam singulorum regnorum & Provincia-

rum excusserunt. Mihi volupe fuit potissimùm eorum, qvi à Romano-Catholica discesserunt, qvantum fieri potuit, diligenter evolvere, etsi res tædii aliis plena esse videatur. Memineram enim satis nullum in aliis adhùc Catholicis occurrere hujus documentum. Neq; enim e. g. in Catholicô Poloniæ regnô istud unqvàm contigit. Altum ea de re silentium apud Vincentium Kadlubcônem, Johannem Dlugossum, qvi primi sunt, qvorum monumenta publicis typis exscripta terimus. Nec in Lithvaniâ à susceptâ Religione Christianâ, de qva re agunt Æneas Sylvius in descriptione Lithvaniæ, Alexander Gvagninus in Origin. Gentis Lithvan. Matthias de Michoviâ lib. 4. histor. Polon. Martinus Cromerus lib. 15. de rebus Polonor: Non comparet vestigium

gium in Bohemiâ jam totâ Catho-
icâ, etsi omnia verba scriptorum
antiqvorum à Freherô editorum
rutines, tametsi in subsidium vo-
es Johan: Dubravium, Wences-
aum Hagecium, Martinum Bo-
regkium aliosq;. Nec in Moravia
& Silesiâ per S. Episcopos Cyril-
um & Methodium tempore Adria-
ni II. ad fidem adductis, ut liqvet ex
Martyr. Rom. 9. Mart. Martin. Polo-
no lib. 4. Chronici ad Ann: 859.
Martin. Cromero lib. 3. Rerum
Polonic. sub init. Tantundem
dicendum de Gallia. Qvem in
finem legi Scriptores coætaneos
XII. ab Anno Christi 708. usqve
990. qvos P. Pithæi diligentiæ de-
bet Respublica Literaria, evolvi
etiam corpus Francicæ historiæ
Freheri 13. Scriptoribus constans.
Non piguisset etiam Andreæ Du
Chesne & filii ejus Francisci tomos
B per-

pervagari ; at verò eos nec nost
loculi, nec publicæ Bibliothecæ, a
qvas aliàs itum est, utendos da
potuerunt. Qvod de Galliâ, ide
& de Hispaniâ, Italiâ aliisq; loc
dicendum.

§.2. Frustra etiàm historia
Ecclesiasticam eorum, qvi à C
tholicâ unitate segregati vivu
modò, consului. Hungari, qv
rum conversionem ex Ranzani ep
tome rerum Hungar: Indice 8.
222. inter Scriptores uno tomô
ditos Francofort: in Folio,
ex Johann. Thvvrocz Chroni
Hungaror: volumine non abjicie
dô, ut cum Trithemiô loqvamu
cap. 28. & Chartuitô Episcopo d
scripsimus in Histor. S. Adalber
nullum nobis suppeditârunt exem
plum. Gratis etiàm Danica scr
tati sumus monumenta. Nam
eô tempore, qvô post contenti

nem de regno, qvam memorant Sigebertus ad Ann: 811. Annal. Francici ad 812. A; Vita Caroli M. Abbas Stadensis ad A. 817. cum Conjuge & Danis aliis Heraldus ad Ludovicum Pium ex Daniâ ejectus confugisset, & ab eô benignè exceptus esset, Christo nomen dedit & salutaribus undis baptismi ablutus est, ut egregiè describit Saxo lib. 9. Ejus autem exemplum piè imitatus frater Hericus seu Ericus Catholicam Religionem in Daniam invexit, prout Abbas Stadensis commemorat ad A. 846. & templum Slesvici erexit, qvamvis deinde iterùm relapsus. In compendio totam rem sistit Pontanus, qvi, ut eruditis constat, ex Saxone Grammatico & Andreâ Huitfeldiô suos conscripsit Libros, lib. 4. hist. Danic. Fundatus deinde Archi-Episcopatus Hamburgensis: cujus F

 Diplo-

Diploma adducit infinitæ propè modùm lectionis Vir Petrus Lambecius ex Lutheranô Catholicus de Origin. Hamburgensibus p. 12. In qvô inter alia hæc legimus: *Sanctæ Ecclesiæ filiis præsentibus & futuris certum esse volumus, qvaliter divinâ ordinante gratiâ nostris in diebus aqvilonaribus in partibus in gentibus videlicet Danorum, Svecorum, Norvveorum, terræ Grönland, Hallingalandon, Islandon, Scredevindon & omnium Septentrionalium & Orientalium Nationum Magnum cœlestis gratiæ prædicationis sive acqvisitionis patefecit ostium: ita, ut multitudo hinc inde ad fidem Christi conversa mysteria cœlestia Ecclesiasticaq; subsidia desiderabiliter expeteret. Unde Domino DEO nostro laudes immensas persolventes extollimus, qvi nostris temporibus & Studiis S. Ecclesiam Sponsam videlicet suam in locis ignotis sinit dilatari atq; proficere.*

Qvamo-

Quamobrem unà cum Sacerdotibus cæterisq; imperii nostri fidelibus hanc DEO dignam cernentes caussam valdè necessariam atq; futuræ Ecclesiæ dignitati proficuam dignum duximus, ut locum aptum nostris in finibus evidentiùs eligeremus, ubi sedem Archi-Episcopalem per hoc nostræ auctoritatis præceptum statueremus, unde omnes illæ barbaræ nationes æternæ vitæ pabulū feliciùs uberiusq; capere valerent & sitientes salutis gratiam præ manibus vel oculis haberent. Et post alia: *Statuimus unà cum consensu Ecclesiastico præfatâ ultimâ in Regione Saxonicâ trans Albiam in locò nuncupatò Hammaburg cum universâ Trans-Albianorum Ecclesiâ proprii vigoris constituere sedem Archi-Episcopalem, cui & primum præesse atq; solenniter consecrari per manûs Drogonis Metensis & Summæ S. Palatinæ dignitatis præsulis Ansgarium fecimus Archiepiscopū adstantib9 Archiepiscopis Ebbone*

Remensi Hetti Treviresi & Otgarô Moguntinesi cum plurimis aliis generali in Conventu totius Imperii nostri Præsulibus congregatis, assistentibus qvoqve specialiter & consentientibus Hellingandô sive Willesicô Episcopis. Id qvod datum A. D. N. J. C. 834. Gregorius etiam IV. confirmavit peculiari diplomate, & Anscharium & *Successores ejus Legatos in omnibus circumqvaqȝ gentibus Danorum, Svecorum, Nortvvehorum, Farriæ, Grœnlanden, Halsingolandon, Islandon, Scridevindum, Slavorum nec non omnino Septentrionalium & Orientalium Nationum qvocunq; modô nominatarum delegavit*, ut verba diplomatis sonant. Anschario in adjutorium prædicationis datus est Ebbo Remensis Archi-Episcopus, qvi deinde Nepotem Ebbonis *Anscharium consecrantes Episcopum vocaverunt eum Simonem eumqȝ Divinæ gratiæ com-*

nendatum in Sveoniam miserunt, ut oqvitur Adamus Bremensis lib. . hist. Eccl. c. 18. Qvem in sensum etiam multa affert Rembertus conditor vitæ S. Anscharii. Rerum verò mearum satis securus assero, neminem daturum exemplum in Septentrionalibus Regnis consecrati à Presbyterô sacerdotis, tametsi non ignorem, post introductam Religionem Christianam septennio Sacerdótibus caruisse Sveciam ex ejusdem Adami fide. In vitâ S. Anscharii illud ita p. 191. apud Lambecium narratur, qvòd Sveci per Septennium caruerint Episcopô; Anscharius autem *Christianæ religionis fidem ibi cæptam perire* (Ecce, sine Episcopo Ecclesia perit) *non sufferens, Anachoretam Ardgarium illas in partes direxerit.* Cùm ergò in Scriptoribus vetustis nullum

 depre-

deprehenderem exemplum, incessit cupido cognoscendi, an forte David Chytræus diligen[s] Historicus á Cranziô multum adjutus ullum reperisset exemplum; verùm nec ei occurrit sine dubio id notaturo. Johannem Bazium histor. Ecclesiasticæ Svevicæ auctorem & Pufendorfium â multis annis mihi tritum Scriptorem, utrumq; â Seckendorffiô enixè, nisi memoria me fallit, laudatum iterùm consului, nec tamen, qvod hùc pertineret, narrarunt testimoniis destituti fide dignis. In ultimâ Aqvilonari regione Finlandiâ per Heinricum Upsalensem Archi-Episcopum conversâ ritè ordinatos fuisse Sacerdotes constat ex Olaô & Johanne Magnis. In Pomeraniâ utut jam Seculo 8. & 9. circiter Zelô piorum

facti Neophyti, principatus tamen integri Christianam fidem non sunt amplexi, donec tandem Seculo XII. Otto Bambergensis de victâ Idololatriâ triumphavit & Cathedralem Ecclesiam Wollini fieri curavit, qvæ deinde Caminum translata Episcoporum sedem, qvi Presbyteros nunqvàm deficiente fœcunditate genuerunt. Prostant lib. 4. de vitâ S. Ottonis Andreæ Abbatis Bambergensis, qvos ex membranis Caminensis Ecclesiæ unà cum aliis Jaschius edidit. De Prussia charissimâ meâ Patriâ mihi idem certissimè constat, & industrius Hartknochius vel solus lecturo fidem faciet.

§. 3. Cùm autem Germanicæ historiâ tanta sit amplitudo, ut vix 20. anni ei plenè cognoscen-

dæ

dæ ſufficiant, tanta obſcuritas, u
vix ſit, qvi non impingat, etſi ab
omni eruditione affatim inſtru-
ctus, ut Lymnæi, Goldaſti alio-
rumq; exemplo conſtat, temera-
rius eſt, qvi credit iſtum Ocea-
num ſeſe exhauſiſſe, etſi Scri-
ptores à Schardiô, Chriſtianô
Urſtiſiô, Piſtoriô, Freherô, Gol-
daſto, Erpoldo Lindenbrogio
cum curâ evolverit. Qvantum-
cunq; verô ſolicitus fuero, deſti-
tuit me eventus, nec ullum
allegari ex hâc gente poſſe
pro confirmatione ordinationis
Presbyteralis facilè perſvadeor,
qvia tot Proteſtantes hujus hi-
ſtoriæ non ignari prorsùs, vel
unum objeciſſent. Qvod à nul-
lô arbitror factum. Id affirmâ-
rim, in iis, qvi de primis Ger-
maniæ Epiſcopis & Doctoribus
ſcripſere, qvales ſunt e. g. Wel-
ſerus

rus & Stengelius de Ecclesiâ uguſtana, de Noricis Wigu- eus Hundius, de Rhenanis Pe- rus Merſæus Cratepolius in Ca- alogo Electorum Eccleſiaſtico- um & Bucherius in Belgio Ro- nano, Joh. Chapeavillius, qvi Scriptores varios Epiſcoporum & rerum Leodienſium edidit tribus tomis, Johan. Scheckmannus, qvi edito Catalogo Archi-Epiſcoporum Trevirenſium ſibi famam paravit, & Caſpar Sagittarius, qvi reliqvit hiſtoriam Archi- Epiſcopatûs Magdeburgenſis & Epiſcopatûs Naumburgenſis, nullum talis ordinationis exemplum occurrere. Non nego in Bucheriô lib. 5. c. 2. verba reperiri duriora, qvæ an excuſari posſint, alii viderint. Nullum tamen exemplum allegavit ex Germaniâ. Nec qvicqvam

reperitur in Chronicô Minden apud Pistor. Tom. 3. qvô defen qveat ordinatio, qvæ fit à Pre byteris. Matthæum qvoq; Dre serum parte 2. Isag. histor. in qv perseqvitur historiam Archi-E piscopatuum & Episcopatuum adii, eumq; non potuisse ull exemplo Presbyterorum ordi nationi patrocinari luculentè de prehendi. Sunt qvidam, qv contendunt post Episcopatu à Constantinô M. ad Rhenum fundatos ac Diæceses ab eô, teste Bucheriô lib. 8. c. 9. distinctas longô tempore ab annô nimi rùm 349. usq; ad annum Domi ni 660. nullos fuisse Episcopos post Jessen Spirensem & Aman dum Argentoratensem. Ve rùm hoc ad præsens prorsùs non facit. Jllô enim concessô, num qvid seqveretur, qvòd Presby-

eri Presbyteros ordinârint. Etsi enim hoc etiam iis largiaris, Presbyteros Greges à Barbaris dispersos rursum collegisse, certè hi Presbyteri ab Episcopis vicinis ordinati, et, ut sæpè factum, missi ad pascendas oves palabundas tamdiu meritò credentur, donec certis Auctorum Coævorum testimoniis aliud probaverint, qvod eos non posse securi affirmamus. Deinde qvòd Episcopi fuerint intermediô tempore in Germania patet ex epistolâ Leonis I. ad universos Germaniarum urbium Episcopos. Verùm Blondello hæc epistola suppostitia est: Si hæc, certè non illa, qvam Episcopi in Galliis hoc tempore ad Leonem Papam fidei ejus, qvam ad Orientem direxerat, laudes, ut par erat, concinnentes scripserunt in Hepta-

de

de Præſulum, inter qvos primu
eſt S. Leo, editâ à Raynaudo
m. 127. Ex ea igitur, qvippe c
ultra 40. Epiſcopi ſubſcripſer
rectè colligas, veriſimillimum e
ſe, ab aliqvibus in Germania
Presbyteros fuiſſe miſſos, qvo
jam antea dixi; nec eſt, credo
ſuppoſititius liber, qvem ſcripſ
S. Hilarius de Synodis A. 359.,
verò eſt inſcriptus Germani
primæ & ſecundæ Epiſcopis, a
eòq; falſisſimum eſt ab Anno 34
nullos fuiſſe in Germania Epi-
ſcopos. Alii ex Severini, qven
Pappus in hiſtor. Eccl. epit. p. 5
circa A. Chriſti 454. in Noricum
veniſſe & Religionem Chriſtia-
nam propagâſſe ſcribit, rebus
geſtis ab Eugippiô, de qvo le-
gendus eſt P. Lambecius lib.
Comment. de Auguſtiſſ. Biblio-
thec. Vindobonenſi p. 25. & ſeq.
a

d posteritatem transmissis, ujus Scriptum extat apud urium Tom.I.ad 8. Januar:, epitola verò opusculo præfixa reperitur apud Canisium Tom. 6. Antiqv. lectionum, habent, qvod obvertant, nimirùm ajunt passim fieri mentionem Presbyterorum ab eo certis cœtibus præpositorum; Verùm hoc etiam extra oleas est vagari; nos enim unicè hic de ordinatione soliciti sumus non verò de qvalicunqve constitutione Presbyterorum, nam non ignoramus ordinatos ab Episcopo communiter à Presbyteris ad officium introduci & singulari alicui cœtui ordinariè præponi. Deinde non desunt, qvi S. Severinum Episcopum fuisse affirmant ex ipsis Protestantibus.

§. 4. Ad toto divisos orbe Britannos si naviges, Presbyteria-

rianorum cœtus utut enixè ſ
tageret aſcitis etiàm aliunde a
xiliis, non potuit in acerrin
contra Epiſcopalis dignitatis vi
dices pugna in acie unum ſiſte
re domeſticum à Presbyter
conſecratum àntiqvis tempor
bus perculſurum certè pulchr
aliâs inſtructam Epiſcoporun
aciem. Ex Scotiâ advocârunt
Subſidia & ipſe etiam Zeidleru
Philoſophus Peripateticus inſi
gnis in defenſione ſeu propugna
tione Lutheri ex Scotiâ petit
qvos primâ fronte locet. Res e
redit, jam ſub initium ſec. III
multos ſacra Chriſtiana eſſe am-
plexos in Scotiâ, id qvod teſte
tur Johannes Buchananus lib
4. Rer. Scotic., propriè dictos
autem Epiſcopos ſeculô demum
V. veniſſe in Scotiam, inter qvos
primus fuerit Palladius, qvod re-

ferant

rant Proſper Aqvitanicus, arianus Scotus, Sigebertus emblacenſis, Abbas Stadenſis. inc colligit poſtea Zeidlerus defenſione Lutheri p. 243. inrmediô illô tempore Presbyros regimini Eccleſiaſtico præiſſe; id qvod confirmet etiàm hannes Major lib. 2. de geſt. otor. c. 11. Ubi ita expreſsè ribat: *Ante Palladii tempora habent Scoti fidei Doctores ac Sacramenrum miniſtratores Presbyteros ſolumdò vel Monachos ritum ſeqventes Ecſiæ primitivæ.* Hæc Zeidlerus; ichardus Baxterus, Blondels & alii plures idem objecere. vod ſi illud verum eſt, omniò etiam poſt Concilium Nicæum ordinârunt Presbyteri. nim verò primò falſum eſt Scos jam initio tertii Seculi noen Chriſto dediſſe. Qvis iſtud

cre-

credat, qvi vel unicum hunc S
Hieronymi locum de Scotis,
qvis cum Zeidlerô eum de his
qvi hodiè adhùc ita vocantur
explicandum putet, suo tempo
re; i.e. Seculo qvarto jam adulto
in qvod ejus adolescentia incidi
ultra modum feris etiam extr
patriam, expenderit? Is occurr
lib. 2. contra Jovinianum. Ub
ita scribit: Qvid loqvitur de ca
teris Nationibus, *cum ipse adolescen*
tulus in Galliâ viderim Scotos ge
tem Britannicam humanis vesci ca
nibus & cùm per sylvas porcorum gr
ges & armentorum pecudumq; rep
riant, Pastorum nates, & fœminaru
papillas abscindere & has solas ciboru
delicias arbitrari? Nonne Chri
Evangelium hos barbaros emo
livisset mores per sesqvisecu
lum, si id iis annunciatum fui
set? Aut forte suam non ex

ruit virtutem apud Scotos, cùm alibi felicissimè ferinam ac abominandam feritatem perdomuerit? Is, qvem asserti sui testem laudat Zeidlerus, est Buchananus, qvi vixit Seculô decimô sextô post Christum natum, Scriptor, si ullus, certè ipse in historicis subleſtæ prorsus fidei. Et hinc non dissimulavit Rapin. in animadv. in hist. Sect. 28. narrationem ejus de gente Scoticâ non omnibus placuisse. In epistolis Casauboni me legere memini, injunctum à Rege Jacobô fuisse Causobono, ut moneret Thuanum, ne nimiùm crederet Buchanano. Hinc historia Buchanani prohibitæ fuit lectionis in Scotiâ. Stillingfleet in Antiqvit. Britannicarum Ecclesiar. in Actis Lipsiensium A. 88 sive An.. 7. p. 25. ex verô judicat

cat de Buchananô, cum ait, eum *cæcô impetu ſeqvi Hectorem, ubi exterorum teſtimonia deficiunt.* Ibidem verò oppugnat Hectoris, qvem itidem citat. p. 144. Zeidl. fidem Stillingfleet, docetq; eum to *regum nomina ex propriô ingeniô con ficta ſub Veremundi & Cornelii Hibernici auctorum planè Chimæricorum nomine incautioribus obtruſiſſe.* Conringius optimè ſentit, cum alicubi dicit, *Hectorem Boëtium nomen ſuum admodùm fædâſſe admiſtis fabulis hiſtoriæ ſuæ.* Johannis Majoris, qvi A. 1528. in univerſitate Pariſienſi ſuperſtes adhuc fuit juxta R. P. Labbeum in ſupplem. ad Eminentiſſ. Cardinal. Bellarm. lib. de Script. Eccl. p. 59., fides apud Proteſtantes etiam prorſus exigua eſt, certè *multa eum finxiſſe, in plurimis lapſum eſſe*, dicunt Lipſienſes in Act. Erudit. ex

W.

Vilhelmô LLoyd A. 85. ſive
.n. 4. p. 121. recenſentes egre-
iè librum ſeu relationem de re-
imine Eccleſiaſtico M. Britan-
iæ & Hiberniæ. Verùm cùm
neritò doctos ſuppudeat illius-
nodi næniarum, tædet his in
ræſens diutiùs immorari, præ-
rimis cum manifeſtum fecerint
ritannici Scriptores longo tem-
ore poſt ad Chriſtianiſmum,
onverſos eſſe Scotos ſeptentrio-
ales. Verùm concedamus hæc
Leidlero, ſintq; vera nobis à Bu-
hanano de converſione Scotorũ
arrata; qvæ tamẽ falſisſima eſſe
ertisſimè novimus; labitur tamẽ
Leidler9 exiſtimans S. Palladium
d Scotos illos eſſe miſſum. Ut er-
orem ejus plenè detegamus, no-
andũ, qvòd Hibernia olim fuerit
Scotia appellata & Hiberni Sco-
i. Præter Oroſium & S. Proſpe-
 rum

rum laudare noſtræ aſſertioni teſtem poſſumus Iſidorum Hi ſpalenſem lib. 14, Orig. c VI. p. m 1147. inter Auctores latinæ lin gvæ, cujus hæc ſunt; *Scotia e dem & Ibernia proxima Britanniæ Inſu la ſpatio terrarum anguſtior, ſed ſi fœcundior. Hæc ab Africô in boream po rigitur, cujus partes priores Iberiam e Cantabricum Oceanum intendunt. Un & Ibernia dicta. Scotia autem, qvòd a Scotorum gente colitur, appellata.* Bed tùm alibi tùm lib. 2. hiſt. c. idem annotavit. Ex recentio ribus produco Ferrarium Spe mannum & Hadrianum Val ſium. Hic in notitiâ Galliæ te ſtatur, Scotos Hibernos multa i Galliis extruxiſſe monaſteria Ferrarius verò abſq; hæſitatio ne, *illud, inqvit, certum eſt, nom Scotiæ utriq; regno fuiſſe commun* Wilhelmus LLoyd plurium Au- ctoru

torum Suffragiis confirmat in
c. à Scotis Hiberniam fuisse ha-
itatam, nec negare illud potest
jus adversarius Georgius Ma-
kenzius in iisdem A.A. 89. p. 452.
am ajo Palladium fuisse primum
Episcopum non Scotorum, qvi
nodie ita appellantur, sed Hiber-
norum, qvos olim Scotos fuisse
ppellatos diximus. Nam 1.
Certum est S. Patritium à Cœle-
tinô Papa consecratum succes-
sisse in Episcopatu S. Palladio,
qvod, ut multi alii, ita Marianus
Scotus à Zeidlero laudatus lib. 2.
ætate 6. testatur; necesse autem
est Successorem in Episcopatu e-
jus gentis fuisse Episcopum, cu-
jus fuit antecessor, qvoniam ille
nuspiam legitur ex uno in Bri-
tannia M. loco trãslatus in alium;
jam extra omnem Controver-
siam (Conf. Roman. Mart. Bedæ
 item,

item, Adonis, Usuardi, Rabani, Notkeri. Sigeb in Chron. A 432, est, S. Patritium fuisse Hibernorum Episcopum, qvi per multos annos in signis admirabilibus prædicavit, & omnem eam gentem in libertatem filiorum DEI asseruit. S. Palladius ergo necessariò etiam fuit Hibernorum Episcopus, utpote cui in Hibernia successit S. Patritius.

2 Si attendamus occasionem datam S. Palladio adeundi Scotos, novum pro sententia nostra argumentum nobis suggeretur. Occasionem verò discimus ex his S. Prosperi verbis lib. adversus Collatorem ultimo: *Venerabilis memoriæ Pontifex Cœlestinus ordinatô Scotis Episcopô, dùm Romanam Insulam studet servare Catholicam, fecit etiàm barbaram Christianam.* S. Prosper, qvi eo tempore vixit & rem gestam

eſtam ob oculos habuit, innuit
ccaſionem fuiſſe hæreſin (ſcil.
elagii) diſſeminatam in Romana
nſula ſive in Anglia. Nam ut
latina de vitis Pontific. in Inno-
cent. I. p. m. 126. *Pelagius in Britan-
niam proficiſcens totam Inſulam errore
ſuo infecit, adjuvante Julianô tanti ma-
li comite & ſocio*, ſine dubio autem
patriam ſuam dogmatis ſui inſi-
nuatione corrupit; jam ſi inqvi-
ramus in patriam Pelagii, is ſa-
nè non fuit Gallus Brito, ut Da-
næus vult Comment. in Auguſti
libr. de hæreſib. c. 88. nec Anglo-
Britannus, ut ſcripſit Balæus Cen-
tur. I Scriptorum Britanniæ (in-
certum, an idem voluerit Forbe-
ſius à Corſe in Inſtruct. ſuis hiſtor.
Theol. lib. 8. c. 1. qvi ſimpliciter
nominat Monachum Britonem)
ſed Scotus aut progenies Scoticæ
gentis de Britannorum viciniâ, ut Pela-

gium deſcribit S. Hieronym. præ
fat. lib. 3. in Jerem. & præf. lib
ait eum *Scotorum pultibus prægrava*
tum; Ergo in Hibernia, aut qvo
credibilius eſt, in Britanniæ pa
te ea, qvæ eſt Hiberniæ maxim
vicina, natus fuit Pelagius. De
pravatæ per Pelagianam perver
ſitatem Inſulæ occurrit paſtora
providentia S. Cœleſtinus, dum
ut loqvitur S. Proſper in Chro
nic. *Germanum Antiſiodorenſem E*
piſcopū vice ſuâ mittit, ut deturbatis h
reticis Britannos ad Catholicam fide
dirigat. Conſtantius Presbyte
lib. 1. de vita Germani c. 19. apu
Surium Tom. 4 á numeroſa Sy
nodo á Gallicanis Epiſcopis co
lecta Germanum ac Lupum c
mnium judicio electos fuiſſe a
hoc negotium narrat. Cui con
ſentit etiam Venerab. Beda li
1. hiſtor. Angl. c. 17. nec non
Her-

Hericus Antisiodorensis lib. 3. & 4. Vitæ S. Germani. Qvibus deinde in eôdem officio successit S. Palladius ordinatus Scotorũ sive Hibernorũ Episcopus, nimirùm eò missus à S. Pontifice, ut tum Britannos præprimis Hiberniæ vicinos reduceret ad veritatem, â qvâ deviarant per hæresin, tùm qvoqve, ut ad cultum Dei Hibernos perduceret. Certè. S. Prosperi verba illa dùm *Romanam Insulam studet servare Catholicam, fecit etiam Barbaram* (Insulam) *Christianam*, ea, qvæ diximus, egregiè confirmant, si nimirùm ad proprietatem verborum respicere velimus. In his perspicuè dicit, qvòd Palladius *barbaram Insulam fecerit* Christianam, Scotia autem Insula non est: Nam terrestri itinere ab Anglis peti potest. Et notum est

Romanos Britanniam â Scoti murô ex cespite interjecto di visisse auspiciis Severi, cujus rudera hodienum extant. Planè verò hæc eadem S. Prosperi verba funditùs evertunt sententiam Buchanani & Zeidleri de Christianismo à Scotis septentrionalibus jam initiô Sec. III. susceptô, positô enim, qvòd de iis Scotis non de Hibernis (sicuti nos opinamur inducti & aliis hic non adducendis argumentis) sint intelligenda verba S. Prosperi, qvomodo qvæsò S. P. potuit verè dicere de Palladiô, qvòd Insulam Barbaram fecerit Sec. V. Christianam; si, ut Buchananus & Zeidlerus etiam nobis persvadere satagunt, jam initiô tertii Seculi Sacra Christiana est amplexa? Si Zeidlerus Vir ingenii & judicii acris perpendisset

hæc

hæc Prosperi, qvi eôdem cum Palladiô vixit tempore, verba, unqvam ita, ut arbitror, scri-sisset. Ex S. Prosperô explicandi unt Marianus Scotus, qvi flo-ruit post medium Sec. XI. Sige-bert. Gemblacens. Seculi XII. Scriptor, Abbas Stadensis (Al-bertus) Sec XIII. Auctor, ut Joh. Gerhard. Vossius, Guiliel-mus Cave, Olearius & alii testi-monium perhibent. Ergô nos qvidem planè non dubitamus primò omnium in Britanniâ ve-ritatem Divinam agnovisse gen-tem Imperio Romano subjectam, sive ministeriô Josephi Arima-thensis, qvi illùc ex Galliâ fertur trajecisse, id factum, qvod Gildas lib. de excidio & Polydorus Vir-gilius lib. 1. hist. Anglic asserunt, sive laboribus S. Pauli ad ample-ctendam Christianam religio-nem

nem ſint inducti, ut qvidam textusEuſebii & Theodoreti innuũt qvos pro ſua ſententiâ allegat Stillingfleet l. c. p. 27. Hi verò Britanni ſuos habuere Epiſcopos nam Arelatenſi Concilio tempore Conſtant: M. interfuiſſe tres Britannorũ Epiſcopos Eborium Reſtitutum & Adelphium manifeſtum fecit incomparabilis diligentia R. P. Sirmondi S. J. S Athanaſius qvoq; teſtis eſt Apolog. 2. ex Britannia ſe contuliſſe Epiſcopos ad Sardicenſe Concilium, in qvo Athanaſii abſolutio obtenta fuit. Nec dubium, qvin ab initio ſuſceptæ religionis habuerint Præſules. Britannorum exemplo Scotos Hiberniam tùm incolentes qvamvis forte paucos colla jugo ſvavi Servatoris ſubjeciſſe probavit LLoydius l. c. Hi verò cum *Britannis ſimilem vitam*

c professionem egerunt, ut loqvitur Venerab. Beda lib. 2. H A. c. 4. sive nihil *discrepabant in conversatione à Britannis*, ut notatum Henrico Huntingdoniensi hist. lib. 3. *Ultimos omnium pictos Septentrionales*, qvos hodiè Scotos vocamus, *lux Evangelii collustravit delata illuc per S. Columbam Scotum ex Hibernia circa Annum Christi 560*. ut loqvamur cum celeberrimis Actor. Auctor. Lipsiens. locó jam sæpè citato. Ita ad oculum patet deceptum esse Zeidlerum (1.) in eô, qvòd crediderit jam initio Seculi tertii Scotos factos fuisse Christianos, qvod seculó demùm sextó ministerió S. Columbæ effectum esse jamjam audiebamus (2.) qvòd putaverit S. Palladium missum fuisse à S. Pontifice in Scotiam, qvam hodiè ita vocant, cum constet eum in Hiberniam, ut à LLoydió pluribus & efficacioribus forsan argu-

mentis qvàm à me factum, id probatum sit, cujus consulendi nulla nobis data est occasio, utut magnô studiô allaborarim, missum fuisse, qvæ (Hibernia) olim Scotia itidem, ut ostendi, vocata fuit. Observavimus etiam verba S. Prosperi, ad cujus testimonium provocat Zeidlerus, ut confirmet S. Palladium in Scotiam, qvæ hodie sic dicitur, ablegatum esse, ita comparata esse, ut prorsùs evertāt illud, qvod de propagatô in Scotiâ sub initium tertii Seculi Evangeliô asserit ex Buchananô Zeidlerus. Sed si utrumq; qvod doctissimus Zeidlerus propugnat, etiam verum esset, ut profectò utrumq; falsissimum existit, nondûm tamen mihi datum est intelligere, qvòd, qvam hinc nectit consequentia, firmô stet talô. Cur enim non crederemus jam consecratos Presbyteros ab E-

piscopis Anglicanis in Scotiam fuisse ablegatos, sicuti multi rite ordinati Presbyteri in Indiam Occidentalem & Orientalem ad lucrandos animos hodiè adhuc mittuntur?

§. 5. Ad alias orbis partes nos abducit ex Scotiâ Zeidlerus nempe in Ægyptum; nimirùm l. c. evincere sategit, qvòd etiam, postqvam à totô orbe approbatum fuit discrimen inter Episcopos & Presbyteros, hi extraordinariè in Episcopi absentiâ ordinârint. Qvò, inqvit, pertinent, qvæ habet Hilarius Diaconus Romanus in cap. 4. epistolæ ad Ephesios: *Apud Ægyptum Presbyteri consignant, si præsens non sit Episcopus*: Cum qvô consentit Augustinus lib. qvæst. V. & N. T. qvæst. 101. in verbis seqventibus: *In Alexandriâ & per totam Ægyptum, si desit Episcopus, consecrat Presbyter.* Enim

 verò

verò pace admiratorum Zeidleri, cujus Scripta Philoſophica & ego ſemper amavi, inſigniter labitur Zeidlerus. Nam 1. adhùc incertum eſt, an Commentarii illi, in qvibus reperiuntur verba: apud Ægyptum conſignat Presbyter, ſint Hilarii Diaconi Romani deinde in Schiſma Luciferianorum lapſi, qvod licet non ignoremus defendere Bellarminum in lib de ſcriptis Eccleſiaſt. & Lovanienſ. in Scholiis ad S. Auguſt. Tom. 7. alii tamen Catholici (& multi ex Proteſtantibus etiam) id negant, eò qvòd Damaſum Pontificem agnoſcat *Domûs DEI Rectorem* in 3. cap. 1. Epiſt. ad Timoth. qvó ipsó Auctor hic ſatis à Schiſmatis crimine ſeſe purgare videtur, nam qvi cum Pontifice Romanô unitatis in Eccleſiâ vinculó communionem habent, Schiſmatici non ſunt. Porrò etiam

lucu-

luculentè perstringit rebaptizantes Novatianos & Donatistas Schisma-ticos, qvod facturus non fuerat, si ex segregibus illis unus fuisset. Id etiàm in confesso est apud omnes, eum nec Pictaviensem nec Arela-tensem esse Hilarium, multò minus S. Ambrosium, in cujus Tom 3. op. ed. Paris. Commentarii hi & in specie etiàm verba nostra p. 504. leguntur. Dubiæ ergò fidei est. Ex tali autem Auctore deprompta te-stimonia qvid qvæso probant? Deinde (2.) cujuscunq; etiam fue-rit C, ne apicem qvidem de ordina-tione habet: *Apud Ægyptum*, inqvit, *Presbyteri consignant, si præsens non sit Episcopus*; Consignatio verò non est Ordinatio sed unctio sive Chrysma-tisatio. Hinc Hildebrandus in sic dictâ discuss. hæres. Aerii §. 16. de confirmatione locum explicat scri-bens: *In Ægyptô absente Episcopô Pres-*

byter

byter consignabat, quæ confirmatio etiam cum manuum impositione dabatur Qvod cùm Salmasius sub Wallonis Messalini persona latens benè nosset; utpote qvi pulchrè ipse qvid consignare sit, postea explicavit in acri scripto de subscribendis & signandis Testamentis contrà Heraldum p. 120, diffidens qvasi explicationi huic ex loco eo pro ordinatione Presbyterali ita concludit in dissert: p. 205. *Si manus imponebant* (Presbyteri) *ad Sacramentum confirmationis dandum, etiam verisimile est, manus imposuisse ad ordinationes faciendas.* Enim verò Salmasius graviùs adhùc peccat qvàm Zeidlerus: Nam initio aliud est imponere manûs in confirmatione, aliud vero est consignare sive ungere. Prius istud licuit tantum Episcopis, sicut manifestè patet ex S. Hieronymô in Dialog. adversf. Lucifer.

ifer. c. 4. Ubi ita S. Doctor: *Qvòd hôc locô qværis, qvare in Ecclesiâ baptizatus nisi per manus Episcopi non accipiat Spiritum S., qvem nos asserimus in verô baptismô tribui: Disce hanc observationem ex eâ auctoritate descendere, qvòd post ascensum Domini Spiritus S. ad Apostolos descendit, &c.* In his clarissimè asserit, Sp. S. non nisi per manus Impositionem Episcoporum scilicet in confirmatione dari idq; habere fundamentum in Sacris. Referenda etiam huc sunt verba S. Cypriani epist. 73. ad Jubajan. *Qvod nunc qvoqve apud nos geritur, ut, qvi in Ecclesiâ baptizantur, præpositis Ecclesiæ* (hi sunt Episcopi) *offerantur & per nostram orationem ac manûs impositionem Spiritum S. conseqvantur & Signaculo Dominico consummentur.* Unctio autem etsi ordinariè non nisi ab Episcopis perageretur, qvò pertinent verba Damasi Epist. 5. ad

Prosper.

Prosper. & alios Episcopos Afri
Eis (Presbyteris) *non licet Sacerdot*
consecrare, nec Chrysma conficere, ne
Chrysmate baptizatorum frontes signa
re: Interdùm tamen Summi Pon
tificis Indultu unctio à Presbyteri
adhibita. Innocent I. epist. I ad De
centium c. 6. Tom. 1. Conc. Bini
permisit Presbytero *ungere in front*
in casu necessitatis. Qvantum igi
tur apparet, in Salmasii collection
antecedens falsissimum est. Deind
(2.) conseqventia etiam ridicula est
utpotè qvæ nititur hóc pronuncia
to: Si hic vel ille absente legitimè
Sacramenti Ministro unum ex Sa-
cramentis celebrare potest, poteri
etiam alterum administrare: Nam
baptizare, ut cum S. Hieronymô
l. c. loqvamur: Si *tamen necessitas co-*
git, scimus etiam licere Laicis: Qvis
verò ita colligentem feret? Laici
jus habent administrandi Baptis-
mum

num, ergò habent etiam jus ordinandi Presbyteros. Qvod verô concernit S. Augustinum, fatendum est, illas qvæstiones reperiri Tom. 4. Oper. & verba ex iis citata p. 780. in Edit. Basil: Enim verò S. Augustinum non esse Auctorem à Criticis probatum est variis argumentis & patet ex qvæst. 115. ubi de Sardiniâ, tanqvam de Patriâ suâ loqvi videtur auctor qvæstionum harum: id certum, qvòd Commentarii, qvos tribuit Zeidlerus Hilario Diacono & hæ qvæstiones admodùm inter se conveniant: qvod patebit, si conferatur qvæstio. 7. cum Comment: in cap. 6. ad Ephes. Q. 13. cum C. in cap. 5. ad Rom. qvæst. 18. cum C. in cap. 9. ad Rom. Q. 21. cum C. in 1. Epist. ad Corinth. c. 6. & 11. Q. 23. cum C. in 7. cap. Epist. ad Roman.

Roman. qvæst. 24. cum C. in 1. ad Corinth. c. 1. Q. 113. cum Comm. in Cap. 1. Ep. ad Ephes. & in caput 1 epist. ad Collossens. Qvæst. 47. cum Comm. in cap. 2. 1. Epist. ad Corinth. Q. 48. cum Comm. in cap. 5. Epist. 2. ad Corinth. Q. 99. cum C. in 1. ad Corinth. cap. 10. Q. 102. cum Comm. in cap. XI. epist. ad Rom. & in cap. 2. posterioris Epistolæ ad Timotheum. Qvæst. 108. cum C. in c. 3. ad Philipp. &c. ut Critici cumprimis Du Pin observavit. Unde verisimillimum est eundem Auctorem amborum esse operum. Qvicunq; verò iste fuerit, erroribus variis refertus est, ut patet ex censura Lovaniensium huic Operi præfixâ. Præprimis autem sapit hæresin assertum ejus, qvô dicit, *Melchisedechum esse DEI Filium.*

Præ-

æterea verò ille ſuſpectus Au-
or planè de ordinatione non
qvitur. Vox enim Conſecra-
onis ad alia plura ſeſe exten-
t, ſi forte Zeidlerus eam ur-
et, nam ut notum eſt, conſe-
atur corpus & ſangvis Domi-
i in S. Euchariſtia, S. Chry-
na, Clerici, Virgines, Altare,
lerei, ut ex ritualibus libris Ec-
eſiæ Romano-Catholicæ &
ræcorum manifeſtum eſt. Res
erinde ſeſe habet ac cum
ræcâ voce τελείωσις, qvæ ſigni-
cat interdum Baptisma, ut apud
regor. Nazianz. Orat. 25. p. 441,
rat. 40. p. 648. Athanaſ. Orat.
contra Arrian. Tom. I. p. 413.
nterdùm ordinationem Sacer-
otum, ut apud S. Dionyſium,
reopagit: cap. 5. Eccleſ. hie-
arch. p. 312. & Pachymerem p.
21. Latina verò vox Conſe-
cratio

cratio abſolutè poſita, more vo
cabulorum, qvæ Græci πρὸς
καὶ ἀφ' ἑνὸς vocant, in famoſio
ſuo ſignificatu pro conſecratio
ne corporis & ſangvinis Dom
nici accipitur. Et ita hôc loc
poſſe ſumi eam vocem non du
bitabit is, qvi perpenderit, ab
qve Epiſcopi juſſu ſpeciali qvon
dam non fuiſſe licitum conſ
crare S. hoſtiam Presbyteris
imò, qvod magis miraberi
nec dare baptiſmum. Præt
Tertullianum enim expreſsè
Hieronymus l. c. *ſine Epiſcop*
inqvit, *jusſione neq; Presbyter n*
Diaconus jus habet baptizandi. In
qvâ ſententia confirmabitur i
qvi legerit Synodi Neo-Cæ
rienſ. c. 13. in qvô, qvod per Æ
gyptum feciſſe in abſentiâ Ep
ſcopi Presbyteros Auctor ſupp
ſititius dixit, etiam in præſen

ej

us aliis conceditur, aliis verò iterdicitur ; prælaudato enim anone ſtatuitur, *Vicanos Pres-teros in urbis Dominicô offerre non bere, ſi urbis Epiſcopus præſens ſit ut Presbyter.* Ubi vides vetitam vibusdam ſcilicet vicanis Pres-yteris in præſentia Epiſcopi blationem, qvibusdam verò im-licitè permiſſam, nimirùm iis, vi in urbe degebant. Si ergò bsq; ſtudiô partium res perpen-atur, manifeſtum fit ruinoſa à Zeidlerô labanti fulcra cauſſæ uiſſe ſubſtructa.

§. 6. Verùm non ceſſat novas novere nobis difficultates Zeid-erus. Nam in p. 143. in fine & nitio ſeqventis hæc habet: *Cho-episcopis, qvi Presbyteri tantùm ex or-linatione erant ac hinc in Concilio Hiſpa-enſi* (non additum in qvônam orte culpa Typographi, eſt au-

tem

tem secundum) Can. 7. *alibiq passim apud veteres Presbyteris ad junguntur, facultas ordinandi Presbyteros & Diaconos conceditur Can. 13 Concilii Ancyrani & 10. Antiocheni, si E piscopus, cui subsunt, iis permittat* Ex qvo infert, qvòd jussu Epi scopi ex Ecclesiæ Catholicæ con sensu Presbyter potuerit Pres byterum ordinare, qvod ex eju mente etiam sine dubio factur est. Cum intueor Canonem Concilii Ancyrani paucis anni ante Nicænum celebrati, potiù in seqvens caput objectioner hanc rejicere juxta methodun qvam mihi proposui, tenerer Sed transgredi eam me cog Canon Concilii Antiocheni po Nicænum celebrati. Videamu igitur, qvibus fundamentis n tatur objectio: Certè in his Ca nonibus vetantur Chore-Episc

Presbyteros & Diaconos or-
nare, ex eo autem interdicto
ertè cõſeqvitur, eos hoc feciſſe
l tentâſſe; Si igitur verum eſt,
noreEpiſcopos habuiſſe tan-
m ordinationem Presbytera-
n, manifeſtè fluet, Presby-
ros exercuiſſe vel voluiſſe ex-
cere jus ordinandi poſt Con-
ium Nicænum, id verò nega-
mus. Enim verò falſum eſt,
norepiſcopos habuiſſe tantùm
dinationem Presbyteralem
n Epiſcopalem. Nunqvàm
né id ſcripturus fuerat Zeidle-
s, ſi Canonem Concilii An-
ocheni inſpexiſſet, qvem ci-
t; ita autem ille ſonat: *Ii,*
i ſunt in vicis vel regionibus, vel qvi
untur Chor-Epiſcopi; etiamſi Epi-
pi manuum impoſitionem acceperunt
καὶ χειροθεσίαν εἶεν ἐπισκόπου εἰλη-
ότες, *viſum eſt S. Synodo, ut ſuum*

modum sciant & sibi subjectas Eccles
administrent earumq; curâ & solicitu
ne gerendâ contenti sint: Constitu
autem lectores Hypodiaconos & Ex
cistas & eorum promotioni sufficere e
stiment. Presbyterum verò aut Dia
num ordinare non audeant absq; u
Episcopo, cui subjicitur ipse & re
Qvis sensus priorum Cõcilii v
borum sit, ex Dionysii exi
versione discas, hæc verò ita
bet: *Qvi in vicis & possession*
Chorepiscopi nominantur, qvamvis
nûs Impositionem Episcoporum perce
rint & ut Episcopi consecrati sint,
Et hanc esse veram Synodi m
tem seqventia verba docent, c
bus cautum est, ut, etiamsi Ch
episcopi veri sint Episcopi,
tra suos terminos sese conti
ant. Juvat adhùc annotare, q
Balsamon habet, seqventis
tem ea sunt tenoris: *Qvia*

Chor-Episcopi conabantur ordinare
rdotes & alia jura Episcopalia, &
afati *dicebant se hoc rectè facere*,
l Episcopi manuum impositionem ac-
ssent, statuerunt Patres eos non ex eô
vari, ut privilegia, qvæ illis à Ca-
bus concessa sunt, transgredian-
, &c. Zonaræ verba in hunc
n. lucem aliqvam materiæ,
e sub manibus est, fœneran-
præcipuè verò hæc: *A Dia-*
s Sacerdotibusq; creandis absq; Ur-
i Episcopi facultate, etiamsi Episco-
ordine aliqvandò insigniti fuissent,
repiscopi abstineant, &c. Sed hæc
i meridianâ luce sint clariora,
strantur magis à Concilii
odiceni Can. 2. Ubi Chorepi-
pi vocantur ἐπίσκοποι ἐν χώρᾳ,
iscopi in regione seu villâ. Josephus
gyptius in Paraphrasi Arabi-
primum à Guilielmo Beve-
giô in Synodici Tomô 1. edita

 in

in Canon: 8. Synodi Nicænæ
m. 692. *Si*, inqvit, *hoc non voluer*
nec admiserit, eum Chorepiscopum
est Episcopum vici constituet, ne opi
de nobis concipiatur, qvòd præcepimus
duo essent super unam civitatem aut
nam Ecclesiam aut unum populum
piscopi, qvorum uterq; potestatem
beat. Si hæc alicui nondum s
ficiant, is perpendat, qvòd
de qvibus exploratissimum e
qvòd fuerint Chorepiscopi, e
presse salutentur Episcopi: e.
Gennadius in Catalogo illust
Virorum disertè Claudianu
vocat Episcopum Viennense
qvis autem Claudianus fuer
hæc Sidonii lib. 4. epist. 11. e
cent: *Antistes fuit ordine in secun*
fratrem fasce levans Episcopali nà
Pontificis tenore summi ille insi
sumpsit, hic laborem. In qvibus
culentam Chorepiscopi desr
ption

ionem habes. Ita apertissi-
è evicimus, Zeidlerum aliqvid
umani esse passum, dùm cen-
it Chorepiscopos fuisse tantùm
resbiteros simplices; qvia verò
ota ejus objectio hôc fundamen-
o nititur, ea istô dirutô sponte
oncidit.

§. 7. Verùm qvid dicturi su-
mus ad hoc, qvòd in Canone Hi-
pal. Concilii Chorepiscopi ad-
ungatur Presbyteris? At verò
esponsio parata est, qvòd in
psis Oecumenicis Conciliis ex-
resse à Presbyteris distingvan-
ur. In Concil. Nicæni I. Can 8.
*hoc illi non placeat, vel Chorepiscopi
el Presbyteri locum excogitabit* Ἐπι-
νήσει τόπον ἢ χωρεπισκόπου ἢ πρεσ-
υτέρου; Ubi vides per particulam
el Chorepiscopos distingvi à
resbyteris. Jungimus huic ad-
ùc ex Oecum. 4. Chalcedon.

Concil. Can. 2. verba hùc facie
tia : *Si qvis Episcopus propter pecu*
ordinationem fecerit & non venalem g
tiam in venditionem deduxerit & p
pter pecunias ordinaverit Episcopum
Chorepiscopum vel Presbyterum vel
qvem eorum, qvi in Clerò numer
tur, &c. Deinde etiam ali
de constat eos fuisse à Pres
teris distinctos. Nam primo (
cumenico Concilio ex Prov
cia Cœlesyriæ subscripserun
Palladius Chorepiscopus &
levcius Chorepiscopus, ex P
vinciâ Cappadociæ Gorgon
cum qvatuor aliis; nullus
hinc videas discrimen, Pres
ter legitur subscripsisse. E
alia jam non memorem, in C
cilii Antiocheni Can. 8. qvascu
Canonicas Epistolas dare P
byteri prohibentur, sed C
Episcopis permittitur dare p

[ep]ificas, non minùs qvàm Episco-
[p]is. Etsi verò Chorepiscopi non
[s]ecùs qvàm alii Episcopi conse-
[c]rati essent, & Episcopalem po-
[t]estatem sibi concreditam habe-
[r]ent, qvia tamen propria Diœ-
[c]esis iis assignata non erat, sed in
[a]lterius districtu degebant, Pres-
[b]yteris utut rariùs junguntur,
[q]voniam, ut æqvum erat, exer-
[c]itium Episcopalis potestatis ad
[p]lacitum alterius, cui suberant,
Episcopi restringebatur & ordi-
nariè non nisi Presbyterali fun-
gebantur officio. Certè Catha-
rorum Episcopi re verâ qvantum
ad ordinationem, erant Episco-
pi, nihilominùs tamen Synodus
Nicæna Can. 8. vult eos Presby-
teri locum post restitutionem ha-
bere, nisi *Episcopo placeat ipsum no-
minis honorem impertire, &c.* D.
Drejerus magni Vir ingenii &

 mul-

multarum Catholicarum Propositionum propugnator in disputationibus, qvas judicio nondum satis subacto contra Catholicos scripsit p. 586. in disp. 21. aliud adhuc objicit scribens: *Concilium Carthaginense 4. sub Anastas. Presbyteris ordinationem tribuit Can. 3. Presbyter cùm ordinatur, Episcopo eum benedicente & manum super caput ejus tenente, etiam omnes Presbyteri, qvi praesentes sunt, manus juxta manum Episcopi super caput illius teneant.* Enimverò in hoc Canone planè non dicitur, qvod Presbyteri ordinent Presbyterum, sed qvod manum semper caput ejus, qvi ordinatur, teneant, hoc autem non est ordinare, nam in Catholica Ecclesia nemo dubitat, qvin solus ordinet Episcopus Presbyterum, & tamen mos obtinet, ut qvotiescunq; consecratur Pres-
byte

byter, etiam qvi adſunt Presbyteri, manus imponant. Nam juxta Ordinem Romanum cum Epiſcopus ordinandos allocutus eſt; *Qvi ordinandi eſtis Presbyteri, offerre vos oportet & benedicere, præeſſe & prædicare, baptizare & bonis operibus & DEo placitis undiq́ redundare: eô inclinato imponat manum ſuper caput ejus & omnes Presbyteri, qvi adſunt, manus ſuas juxta manum Epiſcopi ſuper caput illius teneant*, in ordine Romano Tom. X. Biblioth. M. PP. edit. Pariſienſ. p. m. 103. Et qvi qvæſo, O Drejere, tribuat Concilium Carth. 4 Presbyteris poteſtatem ordinãdi cum in Carthag. 3. c. 45. expreſsè legamus: δύναται ὁ εἷς ἐπίσκοπος πολλοὺς χειροτονεῖν πρεσβυτέρους: *Unus Epiſcopus poteſt multos Presbyteros ordinare*. Canonem 14. Conc. Nic. 2. allegat D. Pfeifferus pro Presbyterali

rali ordinatione; Enim verò i
eô tantum permittitur *Præfecto*
propriô monasteriô, qvi *Presbyter e*,
facere impositionem manuum
lectoris ἀναγνώςȣ χειροϑεσίαν: h
verò qværitur, an Presbyter
creare posſit Presbyterum, no
vero an creare qveat lectorem.

§. 8. Ex his patet, nos mini
mè vanos eſſe, dùm dicimus nu
lum proſtare exemplum ordi
nationis Presbyteri peractæ a
alio Presbytero à temporibu
ConciliiNicæni I. usq; ad tempo
ra Lutheri. Mirum verò, ni
exercitium juris à Seculo 4. a
Epiſcopis ſolis unicè exerciti lu
culentum præbeat teſtimonium
de jure ordinandi Presbytero
iis ſolis competenti. In omni
bus Rebuspublicis valet hæc col
lectio: hic vel ille ſolus exer
cuit jus longo tempore: ergò e

etiam competit. E. g. in Imperio Romano-Germanico rectè colligitur: Serenissimi Electores soli de variis rebus cum Augustissimô Imperatore decreverunt longo tempore, ergò de iis rebus decernendi competit illis jus, etsi reliqvos ordines aliqvando conqvestos legas vide Grund-Feste des Heiligen Röm. Reichs / p. 3. c. 3. p. 203. seq. & cap. 8. p. 316. In Angliâ verò iterum rectè argumentaris: Parlamentum solum imposuit hactenus tributa, ergo jus imponendi est penes solum parlamentum. In Regnô Poloniæ: Nobiles hactenùs soli elegerunt Regem, ergo penes eos solos hoc jus est. Hâc ratione confirmatur jus deportus, qvo Rex Angliæ & Scotiæ reditus pupillorum Vasallorum suorum, qvibus ad sustentationem

ſui non egent, fiſco regio applicat, jus item piſcium regiorum, qvales ſunt Delphini, accipenſeres, balænæ, &c. in iisdem Regnis & Gallia, jus Ambari in Portugallia & apud Belgas, jus ſuccini in Pruſſia. Ita in Svecia vindicari poteſt hâc argumentatione Tribunali Holmenſi jus judicandi de Svecis, Junecopenſi de Gothis, Aboenſi de Finnis, Dorpatenſi de Livonis Conf. Sprenger. de jure Sveogoth. f. 241. Imo in omnibus in univerſum Rebuspublicis ex exercitiô facultatis per certa temporis intervalla judicatur de Facultate, cujus rei tot exempla, quot Respublicæ & in his actiones notatu digniores. Collegia qvævis hâc argumentatione nituntur. In Judiciis eſt ſolennis hæc colligendi ratio, ut vel ex

Rhetoribus antiqvis conſtat. Inter Fortunatiani qvatuor locos ſtatûs abſoluti eſt etiam mos, & cùm alii ſex recenſeant parangelmata, nemo eorum conſvetudinis obliviſcitur. Hôc ratiocinio utuntur tribus in urbibus & qvæ non tandem ſocietas? Conſvetudo, ut argutè Tertullian. de Coronâ: etiam *in Civilibus rebus pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex.* In jure eſt illud: *de qvibus cauſſis ſcriptis legibus non utimur, id cuſtodiri oportet, qvod moribus & conſvetudine inductum eſt.* Dion Chryſoſtom. in Orat 76. in qvâ de auctoritate conſvetudinis agit, ſtatim initiô p.m. 648. edit. Pariſ. Græcolat. vocat δίκαιον ἑκούσιον καὶ ταῦτα πᾶσιν ἀρεστὸν *jus voluntarium & tale, qvod omnibus placeat.* Vim conſvetudinis cum haberet Solon perſpectam, A-

thenienfes in decennium tan-
tum adftrinxit, ut fuis legibus u
terentur, ratus, vim confvetu
dinis in pofterum fatis futuram
tefte Herodotô lib. 1. Qvod f
verò tanta eft confvetudinis vis
rectè ex exercitiô facultatis con
cluditur ad jus exercendi; po
tiori jure collectio talis in Ec
clefiâ obtinebit in actu tàm no
bili, qvalis eft ordinatio, qv
creantur Sacerdotes & Ecclefia
Doctores, præprimis cùm Ec
clefia & in dictis & factis à Spi
ritu S. ducatur, qvi etiam poni
Epifcopos in grege DEi, Actor
c. 20. v. 28. Si ejusmodi illationi
bus fefe abdicant Lutherano
rum & Reformatorum concio
natores, intelligere velim, qv
ratione fibi folis tribuant jus ba
ptizandi in templis & illi præ
terea etiam jus adjurandi Dæ

nonem in Baptismô ac excipiendi usitatas generalium confessionum formulas, celebrandi Cœnam Domini aliaq; plura?

§. 9. Cum praxi primitivæ Ecclesiæ pulchre concordant etiam dicta S. Patrum, qvi post Concilium Nicænum vixere, ubiq; videas, eos jus ordinandi & ordinationes solis attribuere Episcopis. S. Hieronymus, pro cujus sententia David Blondellus alias Vir doctissimus, qvasi is cum multis ex Protestantibus sensisset, scripsit Apologiam, in epist. ad Evagr. *Qvid, inqvit, facit exceptâ ordinatione Episcopus, qvod Presbyter non faciat?* S. Chrysost. hom. XI. in 1. ad Timoth. c. 3. *inter Episcopũ, & Presbyterum interest fermè nihil. Qvippe & Presbyteris Ecclesiæ cura permissa est, & qvæ de Episcopis dixit, etiàm Presbyteris conveniunt:*

Solâ qvippe ordinatione superiores i sunt, atq; hoc tantum plus qvam Presbyteri habere videntur. Audiamu adhùc Isidorum Hispalensem lib. 2. de Eccles. offic. c. 5. Propter *auctoritatem Summo Sacerdoti Clericorum ordinatio & consecratio reservata est, ne à multis Ecclesiæ disciplina vindicata Concordiam solveret, scandala generaret.* Nec illud unqvàm in dubium vocatum est, nisi a hæreticis, qvalis fuit Aerius, cujus hæc verba refert Epiphanius hæres. 75. *Qvânam in re Presbytero Episcopus antecellit? Nullum inter utrumq; discrimen est. Est enim amborum unus ordo, par & idem honor ac dignitas. Manus imponit Episcopus, imponit & Presbyter: baptizat Episcopus, idem facit & Presbyter: Divinum omnem cultum administrat Episcopus, non minùs id facit & Presbyter, Episcopus in thronô sedet, sedet & Presbyter.*

Idem

[id]em refert S. August. hæres.
[5]. cujus hæc sunt: *Diceba[t], Pres-*
[byt]erum ab Episcopo nullâ differentiâ
[d]ebere secerni; Si verò hoc, nullum
[i]nter utrumq; discrimen est, neq;
[q]vantum ad ordinationem, &
[h]oc est unum ex propriis do-
[g]matib9, qvæ adjecit aliis Aerius.
Unde satis patet, qvodnam di-
[s]crimen sit inter S. Hieronymum
[a]liosq; Patres; qvi agnoscunt
Episcopum ordinandi potestate
Presbyteris esse superiorem, sed
qvale discrimen sit inter Pro-
testantes plerosq; & Aerianos fa-
teor me prorsùs non videre.
Nam qvòd necessitatem obver-
tant, id secus est. Etiamsi enim
causentur Catholicos noluisse
ordinare Episcopos & Presby-
teros Protestantim, ut Hilde-
brandus in discussione suâ hæ-
resium Aerii §. 8., frustra tamen
sunt,

ſunt, & tùm credam eos neceſ ſitate fuiſſe inductos ad introdu cendam Ordinationem Presby teralem, qvando expungent no mina eorum, qvi, cum Epiſco pi eſſent, ad Lutheraniſmum deſciverunt. Exemp. gratia i Pruſſiâ Georgius à Polentz, qv *ductâ deinde uxore Balgam habitatum concesſit* teſte Hartknochio in Se lectis Diſſertat. p 228. Cui pr defunctus D Joh. Philipp. Pfeiſ fer in Diſput. illâ inaugurali jun git Erhardum Qveis Pomeſani enſem Epiſcopum; verùm cum major veritatis qvàm amicorum qvorumvis amor regnare in no bis debeat, fatendum eſt, id eſſe falſum; nunqvàm enim conſe cutus eſt Qveiſius ille Epiſcop ordinationem, utut adminiſtra tioni Epiſcopatûs præfuerit, Po lentius verò initio turbarum Lu-

the-

therani gendus theran p. 297. Polenz blicata Archi- eſt Lu xit; Q Bucho theri bitam 2. Alte Præte piſcop Luthe Paulo edit. nem berha Verge Rectis in Pr

theranifmo favit, qvâ de re legendus eft Seckendorff. de Lutheranismo lib. 1. Sect. 61. §. 172. p. 297. & deinde agenda nova, Polenzii & Qveifii nomine publicata funt. Sed & Guilielmus Archi-Epifcopus Rigenfis factus eft Lutheranus & uxorem duxit; Qvod conjugium Georgius Bucholzerus in Concionem Lutheri de Conjugiô A. 1525 habitam præfatus (habetur Tom. 2. Altenburgic. f. 865.) laudavit. Præterea Georgius Petrovicius Epifcopus Samogitiæ in Caftra Lutheri tranfiit, ut conftat ex Paulo Piafeciô in Chronico p. 41. edit. Amftelod. ut alios Johannem Epifcopum Mifnenfem, Eberhardum Lubecenfem, Petrum Vergerium &c. non laudem. Rectisfimè Gvilielm: Sayvveil in Præfatione, qvam vocat Apole-

polegeticã pro Reformat. Eccleſ. Anglic. præmiſſa Epiſtol: Launoji obſervat necesſitatis prætextu novitatem Presbyteraliũ ordinationum neqvaqvam excuſari poſſe, & addit, à Bohemicis Anglicis aut Græcis Epiſcopis conſecrationes Epiſcopales impetrari potuiſſe, ſi id ſummô ſtudiô tentâſſent Proteſt. Ita Proteſtans de Proteſtantibus, ut mirari deſinat Catholicus Lector omiſſos eſſe Catholicos Epiſcopos & videat, qvàm minus ingenuè agant, qvi necesſitatem prætexunt. Vereor ergò multùm, ne qvod Hildebrandus L.c. de Aerio dixit, eum *ex mera malitiâ & Epiſcoporum Catholicorum odiô ordines Eccleſiaſticos convulſisſe* multi ad Proteſtantes applicent. Et hoc tantò magis, qvò apertiùs patrocinium Aerii ſuſcipiunt tùm

ùm alii tùmHildebrandus,qvan-
qvàm frigidè admodum id præ-
ſtat modo dictusDoctor,qvi vult,
*Aerium reſpexiſſe ævum Apoſtolicum,
qvô unus idemq; ordo fuerit Epiſcopi &
Presbyteri*, qvod an verum ſit, in-
fra videbimus. Certè vim facit
verbis ejus apud S. Epiphan.
Tom. 1. Oper. p. m. 906. Edit.
Pariſ. οὐδὲν διαλλάττει οὗτος τούτου, h. e.
vertente Petaviô: *Nullum diſcri-
men inter utrumq; eſt.* Si ad Apo-
ſtolica reſpexiſſet tempora, di-
xiſſet, nullum inter utrumq; di-
ſcrimen fuit, præſenti autem u-
titur, ut ſignificet, ſe de ſuô
tempore loqvi. Sola qvæ-
ſtio erat de præeminentiâ Epi-
ſcopi præ Presbyterô omiſsâ de
origine ejus qvæſtione, qvem-
admodum ſubinde in Politicis
emergunt Controverſiæ de im-
perio, omiſſo de modo & ori-
gine

gine habendi problemate, qvam diſtinctionem commendat Grotius lib. 1. de jure belli & pacis c. 3. num. 16. dignitatem Epiſcopalem oppugnabat Aerius Presbyter invidiâ excœcatus, & hinc ea, qvæ luce meridianâ erant clariora, non videbat. Qvapropter l. c. Epiphanius: *eſt autem*, inqvit, *illius dogma* μανιώδης μᾶλλον ἤπερ καταστάσεως ἀνθρωπίνης, hoc eſt, *ſupra hominis captum furioſum & immane. Hoc enim conſtare qvi poteſt?* Studio verò cavillationem ex vocabulo χειροθεσίας depromptam à Salmaſio primùm allatam, deinde ab Hildebrando l. c. avidè arreptam, qvaſi Aerius in verbis ſupra à nobis ex Epiph. allegatis de *generali manuum impoſitione loqvatur non de ſpeciali, quæ ordinationibus competit, non moramur.* Nam manifeſtisſimũ eſt, χειροθεσίαν

ſæpè denotare impoſitionem manuum, qvâ ordinatio peragitur, id patet ex Canone 22. Concilii Antiocheni, qvi ita habet: *Epiſcôpus non adeat alienam Civitatem, qvæ ei ſubjecta non eſt, ad alicujus ordinationem* ἐπὶ χειροτονίᾳ τινος, *ſi qvis autem tale qvid auſus fuerit, irrita ſit ejus ordinatio* χειροθεσία. Prorſus etiam luculenta ſunt verba Zonaræ in Comment. ad Canon. 4. Concil. Nicæni in Synodic. Tom. 1. p. 63. cum conciliat eum Canonem cum Can. 1. Apoſt. *Apoſtolicô namq; illô* χειροτονίαν *creationis nomine conſecratio* καὶ χειροθεσίαν ὀνομάζει, *h. e.* ut ibidem vertitur, *manuum impoſitio ſignificatur.* Sed hæc obiter. Omnium Doctorum horum temporum eſt ea ſententia, qvæ Epiphanii: *Epiſcoporum ordo ad gignendos Patres præcipuè pertinet. Hujus enim eſt Patrum*

in

in Ecclesiâ propagatio; alter cum Patres non possit, filios Ecclesiæ regenerationis lotione producit; non tamen Patres aut Magistros. Et qvæ Concil. Hispalens. 2. Can. 5. *Episcopus enim Sacerdotibus & ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest.*

Caput III. Probans

A Conciliis vetitam Ordinationem Presbyteralem.

§. 1.

EXtra Controversiam est apud rectè sentientes, qvod eâ, qvæ pollent, qvæ sunt in mundo, societates omnes, etiam Ecclesia Civitas illa supra mentem posita, Matth. c. 5. v.14. & domus Dei 1. Tim. c. 3. v.15, regnum illud cœlorum, ut passim vocatur, fruatur potestate constituendi leges. Præpositis Ecclesiæ etiam commi-

nmissum est Ecclesiæ regi-
en ad Hebr. c. 13. v. 17. nullum
tem regimen est sine jure con-
uendi ea, qvæ faciunt ad bo-
m ordinem. De eô dubitari
oq; non debet, qvin unus-
isq;, qvi membrum cupit esse
cietatis Ecclesiasticæ & ejus
udere Privilegiis, teneatur &
ligetur in conscientia obser-
re universalis Ecclesiæ con-
tutiones, qvibus si aliqvis re-
ctetur, pars toti, qvod est con-
a naturam, sese opponit & fru-
u Societatis jure omni excidit.
vod ergò Dion Chrysostom.
rat. 76. de Civili, id nos de Ec-
lesiastica universali lege meri-
o dicimus; *Lex vitæ Dux est, com-
unis Civitatum* (Ecclesiæ) *Magi-
ra, rerum recta norma, ad qvam
visq; mores suos conformare debet, ni
d faciat, futurus ôbliqvus & malus.*

Verùm fortaſſis neceſſe non
hoc adſtruere operosè, cum
Proteſtantibus pleriq; fateant
leges etiam civiles obligare c
ſcientiam, id eſt, ita adſtringe
aliqvem ad obediēdum ſub cul
mortali, ut ſi non pareat, n
ſolùm pœnæ temporali aut
gibus conſtitutæ aut ex arbit
ſuperioris inferendæ obnoxi
ſit, ſed & à propriâ conſcien
velut neglecti officii contract
qve inde offenſionis DEI re
meritò redarguatur, qvod Sa
derſonus confirmat latius
obligatione Conſcient. præle
5. p.m. 134. Diſpiciendum er
jam nobis eſt, à qvibus ejusm
di leges Presbyteros ordin
velint; qvod ſi enim ab Epiſc
pis tantùm Presbyteros ordin
ri præcipiant, non tergiverſa
mur affirmare ordinationes
Pre-

sbyteris peractas esse irritas.
a inter tria, qveîs juxta Me-
drum dijudicantur cuncta, le-
n regulæ primô stant locô,
svetudine tertium occupan-
qvæ pro nobis facit, exclusâ
obis necessitate, qvæ inter
es & consvetudinem media

§. 2. Inter Oecumenicas S. I.
Nicæna, in hâc Can. 4. agit de
linatione Episcopi & ita sonat:
*scopum oportet maximè qvidem ab
nibus, qvi sunt in Provinciâ, consti-
: Si autem hoc sit difficile vel propter
entem necessitatem vel propter viæ
gitudinem, tres omninò in eundem
um congregatos absentibus qvoq́; suf-
gium ferentibus scriptisq́; assentien-
us, tùnc ordinationem facere.* Dein-
Can. 6. Alexandrino, Antio-
eno Episcopo, &c. potestas, qvæ
iq; ad ordinationem sese ex-

 ten-

tendit, confirmatur. *Antiqv*
res serventur, qvi sunt in Ægypto, L
Pentapoli, ut Alexandrinus Epis
horum omnium potestatem habeat (
19. de Paulinianis hæc habe
Synodus: *Siqvidem à Culpâ &*
prehensione alieni visi fuerint, ordin
à Catholicæ Ecclesiæ Episcopo. Ve
jam ante in usu erat Canon
qvens: *Presbyter ab unô Episcop*
dinetur & Diaconus & reliqvi Cl
Qvi est inter Apostolicos pa
à Conciliô Nicænô laudatos
cundus, qvos etsi hæc ætas (
doctissimô Turrianô non trib
Apostolis, defendit tamen ja
usu fuisse seculo IIdô exeunt
tertiô nondùm adulto, qvâ
re legendus præ cæteris est
veregius in Cod. Canon. Ec
siæ primitivæ masculè cont
Dallæum vindicatô. Dixi C
ri hos Canones ab Oecume

odô Nicænâprima, qvod dehendet, qvi Canon. 12. & 13. tulerit cum 5. & expenderit, e utrobiq; de iis, qvi semetos castrant, constituta legun, ut ante me etiam Du Pin ervavit in Biblioth. novâ m. 1. p. 24. Verùm frustra immoror, cum Zeidlerus a-; Protestantes confiteantur, universâ Ecclesiâ ordinatiom Presbyterorũ Episcopis esse butam utiq; in Concil. Oecum.

§. 3. Hospes sit, qvi ignorat, qvantâ veneratione apud omnes pios fuerint decreta Concilii Nicæni. Constantinus in Estola ad Eccles. apud Euseb. b. 3. de vitâ Constantini vocat ecreta ejus *Cælestia mandata*. Cyllus Alexandr. lib. 1. de Trinit. ppellat *Divina & S. Oracula, qvalia anare conveniebat à Patribus & Epi-*

 (co-

ſcopis à Spiritu S. congregatis, u
Gregor. Nazianz in Orat. in
Athanaſium perorat. Hinc L
M. Epiſt. 53. & 54. Inter qvas
la ad Anatolium, hæc ad Mart
lem data eſt, incunctanter dic
Canones eos per Spiritum S. o
dinatos. Ne adverſus hanc S
nodum agerent S. Athanaſiu
Hilarius exilia ſuſtinuere teſte
Hieronymo lib. contra Lucif
rian: & ipſomet Hilariô in fi
libr. de Synod. Imò etiam Mart
rium ſubiere qvamplurimi, qv
Vandalica nobilitavit perſecuti
Qvæ S. Gregorii M. etiàm omn
um piorum ſententia eſt, Lib
epiſt. 14. *ſe venerari qvatuor prin*
concilia, ſicut qvatuor Evangelia. Me
ritò igitur Juſtinianus Novell. 13
Sancimus, inqvit, *vicem legum obt*
nere S. Eccleſiaſticos Canones, qvi à San
ctis qvatuor Conciliis conſtituti ſunt e
confirmati. Canon etiam Imu

ıcilii Chalcedonensis agnoscit
: æqvum, ut Canones, *qvi à*
atribus in unaqvâq; Synodô hucusq;
stituti sunt, observentur. Absit
aliqvis homo vel cœtus etiam
ce sese opponat constitutio-
ous! Absit, ut Hispani suis le-
bus Partitarum, Angli consti-
tionibus Parlamentariis, Dani
Valdemariano juri, Hungari
ipartito operi, Galli Ludovi-
ano Codici, Poloni suo ex con-
etudinibus patriis composito
ıri plus tribuant autoritatis,
vàm Christiani Sanctissimis Ec-
lesiæ matris & Conciliorum Oe-
umenicorum Decretis! Natio-
ıes etiam nobis Barbaræ huic
Concilio tribuunt magnam au-
ctoritatem, & primo loco po-
ıunt, ut Claudius Æthiopiæ Rex
apud Hottinger: Topograph. Ec-
clesiast. p. 76. Vid. Bibliothecam

 Orien-

Orientalem p.325. Imò in Mi
Æthiopum Patrum Concilii N
cæni fit mentio Tomo 6. Bi
M. PP. col. 65. Approbant ill
qvoqve Armeni Conf. Leg
Manuelis Imper: Johan. Metr
pol. Russiæ sententiam exhib
Sigismund: L. B p.32. Et de Gr
cis notorium est ex Meletii P
triarch. Alexandr. Epist. ad S
gismund. III. Polon. Regem
qvam citat Regenvolsio p.467. U
niversali Ecclesiæ jus omninò e
se in Canones Ecclesiasticos n
mo non intelligit. Qvema
modum enim Respublica lege
Civilem positivam tollere po-
est, qvia ejus legis natura ha
est, ut à voluntate humanâ de-
pendeat non in origine tantùm
sed & duratione; ita non minù
Ecclesia, positivam qvam sanci-
vit legem, antiqvare potest.
Qvo

od tamen nunqvam factum
nisi vel caussa constitutio-
n cesset, vel circumstantiæ
edam & Christianorum salus
scant, sicuti inductione le-
m Ecclesiasticarum, qvæ in de-
tudinem abierunt, e. g. de
nversione orantium ad orien-
n, abstinentiâ à sangvine &
ffocatô &c. manifestum est.

§ 4. Ecce verò D. Sande, etsi
ec omnia concessurus sit, ma-
nâ tamen fiduciâ asserit in du-
orum refutatione, qvæ nuper
odiit, non prostare exmplum,
vô Presbyteralis O. irrita sit de-
arata ab Ecclesiâ, sive qvod idẽ
st, nullum judicium universalis
cclesiæ aut Concilii Oecumeni-
i posse produci, qvô declaratum
t, ordinationem à Presbyterô
actam esse nullam. Et certè
um nullus Catholicus Presby-

 ter,

ter, qvi unitatis vinculô cum E
clesiâ indivulsè conjunctus fu
unqvàm ausꝰ sit arrogare sibi p
testatem ordinandi, qvi qvo
filiis suis factum non est, in
mater improbare potuit ? V
rùm qvia vel dubiæ fidei Pre
byteri vel Schismatis labe inf
cti aliqvandò spiritu superbi
inflati in officium Episcoporu
involârunt & qvosdam cons
crare tentârunt, singularis pr
videntia divina nobis exemp
servavit judicii incorrupti, qv
Christi Sponsa semper audien
vocem sponsi irritam esse eju
modi ordinationem pronuncia-
vit additâ ratione hâc, qvòd Pre
byter ordinare neqveat, vel
qvòd, qvi ordinavit, Episcopu
non fuerit. Memorabilis est
Oecumenici Concilii Constan-
tinopolitani Imi sententia de Ma-
xim

-no Philosopho Cynico. Js. S.
-egorium Nazianzen: accesse-
-, fideiq; Mysteriis ab eô im-
-tus Baptismi gratiam deinde
-Presbyterii honores consecu-
-s fuerat. Suâ sorte non con-
-tus pecuniis ad Patriarcha-
-m Sedem Constantinopolita-
-m viam sibi munire voluit &
-fecit, ut ab avaris aliqvibus E-
-scopis in domo Chorauli (ab
-cclesiâ enim unà cum Maximô
-erant expulsi) Patriarcha con-
-a Canones eligeretur, dilatâ,
-t fieri solet, ordinatione Epi-
-copali. Homo ille jam designa-
-us Patriarcha licet nondùm or-
-linatus fecerat ordinationes,
-væ caussa cum deferretur ad
-Oecumenicam hanc Synodum,
-Canone 4. Patres *statuerunt de Ma-*
-cimô Cynicô & ejus petulantiâ & inso-
-lentiâ, qvæ fuit Constantinopoli, ut nec

 Maxi-

Maximus Episcopus factus fuerit *sit* NB. *nec qvi ab eo ordinati fuere ullô, qvicunqs is sit gradu Cleri* μήτε παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν ὅιω ποτε βαθμῷ κλήρου *omnibus, & q* *circa ipsum fuerunt, & qvæ ab illo j* *cta sunt, infirmatis.* Qvæ sunt ipsissima Canonis verba. Cù S. Synodus declarâsset Maximu non fuisse Episcopum, statim d clarat, ordinationes ejus esse i ritas. Sed ante hanc alia qvo Synodus eôdem judicaverat m dô. Nam cum S. Athanasi Meletiani objecissent, qvòd M carius Diaconus ejus poculur Divinum confregisset, Synodu causam dijudicans deprehend accusationem eam frivolam es tùm ob alia, tùm qvòd in eô lo cô, ubi fingebatur poculum fra ctum, non adfuisset Presbyter qvi in sacrô Calicem illum ad hibe

pere potuisset, præter Jschy-
m, qvi à Colluthô fuerat or-
natus, Jschyram verò non esse
esbyterum sed purum Lai-
m qvia Colluthus tantùm fue-
t Presbyter: Verba ipsa adscri-
: *Qvi enim fieri potuit* (ut ibi po-
ulum adesset) *cùm ne ipse locus do-
inicus esset, neqve qvisqvam ibi Eccle-
isticus atq; adeò ne tempus qvidem
ysteriorum ageretur? Presbyter autem
i fingitur adesse, est ille toties rumo-
bus jactatus Jschyras, qvi neq; ab Ec-
lesiâ electus Presbyter, neq; cum à Me-
tio constitutos Presbyteros Alexander
Ecclesiam recipiebat, in eorum nume-
ô unqvam habitus fuit, aut ab eô crea-
us. Qvô pacto igitur Presbyter Jschy-
as? A qvô tandem constitutus auctore?
Numqvid scilicet à Colluthô, id enim
restat, atqvi Colluthum in gradu Pres-
byterii mortuum,* καὶ πᾶσα χεὶρ αὐτοῦ
γέγονεν ἄκυρος καὶ πάντες οἱ παρ' αὐτοῦ
κα-

καταςαθέντες ἐν τῷ σχίσματι λαϊ
γεγόνασι καὶ οὕτως συνάγονται δῆλον
οὐδενὶ καθέςηκεν ἀμφίβολον, hoc e
calis & Martyrologia Lini s
cessorem fuisse volunt) sicuti
inter recentiores hâc de re c
venit : Nihil tamen certius
qvàm unum semper, qvicun

fu

fuerit, Ecclesiæ ac Sacerdotibus cæteris præpositum fuisse, non-obstante, qvòd aliqvi inter Sacerdotes eos fuerint Episcopi, id enim sive *neges sive concedas, tantidem est ad id*, qvod Salmasius cum suis cupit, *ratione concludendum*, ut prudenter monuit Dionysius Petavius de Ecclesiast. Hierarch. lib. [illegible], 10. p. 702. Tom. 3. Theol. dogmat.

§. XI. Pontifices Ecclesiæ Antiochenæ & Hierosolymorum ab ultimô Eusebii ad primum usq; ascendēdo damus. Antiocheni Præsules hi sunt: Tyrannus, Cyrillus, Timæus, Domnus, Paulus Samosatenus, Demetrianus, Fabius, Babylas, Zebinas, Philetus, Asclepiades, Serapio, Maximinus, Theophylus, Eros, Cornelius, Heron, Ignatius, Evodius. Hierosolymitani verò Episco-

piſcopi ſeqventes ſunt: Hermo
Zabdas, Hymenæus, Mazaban
Alexander, Narciſſus, Gordiu
Germanio, Dius, Narciſſus, D
lichianus, Valens, Antoninu
Maximus, Capito, Julianus, C
jus, Symmachus, Cajus, Julian
Maximus, Publius, Caſſianu
Marcus, Judas, Joſeph, Ephr
Levi, Juſtus, Seneca, Philipp
Matthias, Joannes, Benjami
Tobias, Zacchæus, Juſtus, S
meon Cleopæ filius, Jacob
Frater Domini. Dices: Urbs Je
ſolyma à Titô eſt everſa & ſ
æqvata Joſeph. lib. 7 de bell.
daic. c. 17. Imò Euſebius ſ
bit, qvòd *terra ejus aratro ſu di*
cata, ne lapis ſuper lapidem relin
retur, ſicuti Chriſtus Serva
prædixerat, Luc. c. 19. v.
Qvomodo ergo Hieroſoly
potuere eſſe Epiſcopi? Ad
bi

cum illud respondet Josephus Scaliger ille aliàs ἰδιογνώμων καὶ αὐθάδης sæpè *etiam turgens Loliginis* *succo, ac si qvis non per omnia assentiatur, vehemens alieni nominis obtrecta-*tor, ut eum describit Vossius in præfat. de hist. latinis, licet non nominet & deinde eum vocet virum Maximum, vereq; *litera-*rum *Principem*, optimè in lib. de emendat. tempor. Ecclesiam Hierosolymitanam in aliqvâ viciniâ fuisse, sicut hodiè Episcopus Antiochenus longè ab Antiochiâ habitat & similiter Alexandriæ Episcopus sedem suam habet Cayri tamen Episcopus Alexandrinus vocatur. Ultimò addimus Alexandrinos Episcopos, qvi sunt Alexander, Achilles, Petrus, Theonas, Maximus, Dionysius, Heraclas, Demetrius, Julianus, Agrippinus, Celadion, Marcus,

Eumenes, Juſtus, Primus, Cerd
Avilius, Annianus, Marcus Eva
geliſta. Verùm non poſſum
hic disſimulare objectionem m
ximi momenti, qvæ multis eve
tere ac peſſundare videtur E
ſcopalem ordinationem ac in
ctè ſtabilire ordinationem Pre
byteralem; qvam verbis S. Hier
nymi in epiſt. 85. ad Evagrium
m. 624. proponimus: *Alexand
à Marcò Evangeliſtâ usq; ad Heracl
& Dionyſium Epiſcopos Presbyteri ſem
unum ex ſe electum in excelſiori gr
collocatum Epiſcopum nominabant: q
modo ſi exercitus Imperatorem faci
aut Diaconi eligant de ſe, qvem in
ſtrium noverint & Archi-Diaconum
cent. Qvid enim facit exceptâ
dinatione Epiſcopus, qvod non fa
Presbyter?* Si Epiſcopus & P
triarcha ordinari poteſt à Pr
byteris, multò magis Presb

er, qvomodo concludit Zeidler. ſæpè citato p. 144. Qvæ objectio magis ſpecioſa redditur ex Eutychii Origin. Eccleſ. Alexandr. n qvibus hæc leguntur: *Conſtituit em Marcus Evangeliſta duodecim Presbyteros cum Hannania; qvi nempe manerent cum Patriarchâ, adeò ut cùm vacaret Patriarchatus, eligerent unum 12. Presbyteris, cujus capiti reliqvi undecim manus imponerent, eumq́ benedicerent & Patriarcham eum crearent; deinde Virum aliqvem inſignem eligerent; eumq́ Presbyterum ſecum conſtituerent loco ejus, qvi ſic factus eſt Patriarcha, ut ita ſemper extarent 12im. Neq́ deſiit Alexandriæ inſtitutum hoc e Presbyteris, ut ſcilicet Patriarchas crearent ex Presbyteris duodecim, usq́ ad tempora Alexandri Patriarchæ Alexandrini, qvi fuit ex numerô illô 318. s autem vetuit, ne deinceps Patriarcham Presbyteri crearent, & decrevit,*

 ut

*ut mortuô Patriarchâ convenirent E-
ſcopi, qvi Patriarcham ordinarent. D-
crevit item, ut vacante Patriarchatu e-
gerent ſive ex qvâcunq; regione ſive
12. illis Presbyteris ſive aliis ut res
rebat, Virum aliqvem eximium eun
Patriarcham crearent.* Id inſtitutu
creberrimè objectant Proteſta-
tes, e.g. Hornejus in Hiſt. Ec
p. 206. Hennich. in Inſtitut. S
denus præfat. in Scriptores X
Anglicanos f. VII. Hülſeman
tract. de Miniſtr. conſecrat. §.7
Salmaſius in apparatu ad libr. d
primatu p. 77. & ſeqq. Conrin
in defenſ. Eccleſ. Proteſtantiu
p. 19. aliiq; plures.

§.12. Qvantum ad S. Doctore
Hieronym. nos facilè expedimu
nam loqvitur de electione: *Pre-
byteri, ſcribens, unum ex ſe electum
excelſiori gradu collocatum Epiſcopu
nominabant.* Id qvod hodie adhu

ermaniâ Presbyterali Senatui ntificalium Ecclesiarum solen. . Ita interpretandum S. Hienymum ante me Marianus ctorius de operibus Hieronypræclarè meritus, Vincentius botius JCtus, aliiq; advertent. Et cùm expressè S. Hierom. ordinationẽ abjudicet Presteris eôdem in loco; profecto n sine admiratione Zeidleri llectionem revolvi & nemo n eam reprobabit, utpote in â antecedens falsum est. Cùm npore S. Hieronymi Pontifices æter ordinationem jure eleonis fruerentur, allato exem- Alexandrinæ Ecclesiæ, in â Presbyteri á temporibus Astolorum ad Concilium Nicæm usq; gavisi sunt, *qvid*, init, *facit exceptâ ordinatione Episcos, qvod non facit Presbyter,* scilicet

 in

in Alexandrlnâ Ecclesia in c
stitutione Sacerdotum? Supra
nim audivimus, qvòd pote
tem confirmandi Hieronym
solis tribuat Episcopis. Dise
ergò negat Presbyteros ordin
se; id verò tanqvam certum
collectione suâ Zeidl. suppo
Major in Eutychiô difficultas.
xit is Seculo X. & nisi fallit
denus in præfat. ad Origin. p.
mortuus est Anno Christi 9
Conf. Hottingerum in Bib
thec. p. 244. Qvô locô verò
ctor is sit habendus, non ali
volo judicem qvàm Salmasiu
qvi p. 86. in apparat: *Multa,*
qvit, *in illis originibus mixta fals*
ris deprehendere est. Et is ipse c
tus locus abundè fidem faci
Numqvid enim Alexandri
Episcopus semper fuit Patriarc
qvod hic Eutychius asserit? N

o, opinor, affirmabit, qvi Pe-
de Marca dissertationem lege-
, & expenderit, qvæ hoc sæculo
Patriarchalibus sedibus dispu-
a sunt. Nihilominùs Euty-
ii locum presſius considere-
us. Ex eô (1.) posset hoc argu-
entum formari: Presbyteri ma-
s imposuerunt electo à se Pa-
archæ; jam verò manûs impo-
o infert ordinationem, si ergò
esbyteri manus imposuerunt
triarchæ, eundem ordinave-
nt. Enim verò hæc ratio non
ficienter Presbyteralem ordi-
tionem probat. Nam falsum
, qvòd omnis impositio ma-
um importet ordinationem,
ia pro compertô habemus,
òd per eam sæpè denotetur e-
tio. Hinc χειροτονία manus im-
sitio apud Græcos idem sæpè
, qvod electio, qvia scilicet ea

per manûs impoſitionem a
qvando peragebatur, tùm al
tùm in Canone 5. Concilii La
diceni, qvi ita ſonat: *Qvòd non*
porteat electiones χειροτονίας *fieri*
παρουσίᾳ ἀκροωμένων, h. e. *in præſe*
audientium. Ad qvem Canon: B
ſamon ita commentatur p.m.4
in Synod. Tom, 1. χειροτονίας *Ca*
hic electiones nominat & dicit, qv
qvoniam in electionibus dicuntur
nulla ſæpè etiam indigna de iis, qvi
guntur, non licet in communi cuj
bet volentis auditione ea fieri. Prop
eà ergô hodie qvoqve ſeorſim Antiſtit
ſoli eligunt. In qvem ſenſum eti
Zonaras ſcribit: χειροτονίας *non*
electionem hoc loco Canon indicavit,
Et vetus ſanè inſtitutum eſt, q
manu porrecta etiam inter ge
les ſunt deſignati Magiſtratus cō
cato à Thesmothetis populo, &
χειροτονητοὶ dicebantur, Conf.
ſchines in Orat. ...

[p]hontem, Julius Pollux Onoma-
[st]ic. lib. 7. c. 9. Carol. Sigonius de
[R]epubl. Athenienſ. lib. 4. c. 1. Eo-
[d]em etiam ritu duces belli de-
[ſi]gnabantur, & is electus crede-
[b]atur, cui plures porrexerant
[m]anus, prout certiores nos red-
[di]t Iſocrat. in Orat. de pace. Et
[c]ertè illi inter Criticos præpri-
[m]is SchurtzFleiſch. Vir doctiſ-
[ſi]mus minimè à verô aberrant,
[q]vi tradunt, qvòd cheirotonia ra-
[ti]one originis ſuæ nihil aliud ſit
[q]vàm porrectio manus à χεὶρ &
[τεί]νω, i. e. tendo. Qvoniam verò
[ju]xta Philoſtratum χεὶρ τι σημαί-
[ν]ει, *manus aliqvid ſignificat.* lib. 1. de
[v]ita Apollon. Thyan. appoſitè
[χ]ειροτονίας, vox traducta fuit ad
[c]reationem per ſuffragia factam
[a]c electionem deſignandam. In
[q]vo poſteriori ſignificatu occur-
[r]it adhibita apud Thucydid. hi-
ſtor.

ſtor. lib. 3. Demoſth. in orat. a
verſus Midiam, Plutarch. Luc
num aliosq; χειροτονεῖν qvoq;
ſuffragio creare ac conſtituei
Apud Demoſth. in orat. adve
ſus Nicoſtratum legas: ὃς ὁ δή
ἐχειροθόνησε. Et vox ἀντιχειροτονε
eſt in concionantibus Ariſtophanis ſuffi
gium contrarium ac repugnans do
cum manu accommodatè n
ſtrum conſenſum ſignificemu
credo exporrectâ manu præt
conſenſum etiam declarare v
luiſſe, ſe non corruptos mun
ribus, qvæ manibus contrac
acceptantur, hunc vel illum ſu
fragio elegiſſe. Qvid ergò, ſi
xerimus ad pleniorem conteſta
dum in publico conſenſum Pre
byteros undecim ſpectante p
pulô privatim á ſe electo Epiſc
po impoſuiſſe manus? Qvid ve
iſtud ad ordinationem facit? Ce

è per manûs impoſitionem olim
à populo factam electionem Zo-
naras refert ad Can. Apoſt. 1. his
verbis: *Cùm urbium cœtibus liceret e-
ligere ſacrorum præfectos, conveniebant
iſi cœtus alii verò hûc, alii vero deligebant
ium. Qvatenùs autem plurium ſuffragiũ
vinceret, eligentes ferunt ſolitos exten-
dere manûs & per illas numerabantur,
qui hunc vel illum delegiſſent.*

§. 13. Enim vero (2) expreſsè
it hos Presbyteros benedixiſſe
eumq́;, ut vertit Seldenus, *benedi-
cerent.* Aſt neq; in his Presbyte-
ralis ordinationis defenſores ſuæ
ſententiæ præſidium inveniunt.
Edoctus enim ſum in Arabicô
ſignificare vocem Bareca, qvæ (ut
multæ aliæ illius idiomatis) ori-
gine Hebræa eſt à בָּרַךְ barach, *be-
nedicere*: Et ſi qvis ipſum Euty-
chium percurrat, facilè depre-
hendit, Arabicam illam in tali
ſigni-

ſignificatione adhiberi, qvæ ni
habeat commune cum bene
ctione ea, qvæ in ordinationib
ſacris adhibetur. In rebus M
ciani eam uſurpat Eutychi
Inaugurato autem Marcione Imperat
convenerunt ex omni regione Epiſcop
BENEDIXERUNT *ipſi de imperiò.*
cum Eutychio ſermo eſt de
piſcopis à Romanô Pontifice
ſextam Synodum delegatis:
venientes, inqvit, *Epiſcopi urbem*
ſtantinopolin intraverunt & ingreſſi
ad Conſtantinum Imperatorem, &
taverunt eum & benedixerunt. H
loca cum conferrem cum o
cto mihi liqvido conſtitit hic
nè Eutychium noluiſſe ſign
care, qvòd Presbyteri per be
dictionem ordinârint Patr
cham, ſed qvòd fauſtâ felici
morum ſucceſſuum apprecati
perſecuti fuerint recens electi

i forte volueris etiam adstrue-
qvòd Episcopi ordinârint Cæ-
m eidem benedicendô, &
n te scire par est, qvòd non
Christiani hâc ratione vene-
sint nuper constitutos Impe-
res sed & Judæi. Gentem
n primo omnium Cajo de
ntâ Imperatoria dignitate
ulatam narrat Philo Judæus
bro de legatione ad Cajum &
is res ea obvia est. In sa-
qvoq; Hebræa vox eôdem
lò adhibetur 1. Reg. c. 25. v. 14.
li Uxori Nabalis indicavit puer
m è subditis ejus ac dixit: Misit
n David nuncios suos ex desertô
enedicendum Dominum nostrum,
est ad fausta precanda hero
o eiq; gratulandum, *herus*
noster derisit illos et 1. Paralip.
v. 10. *Misit filium Joramum ad*
n David ad optandum ei ad pacem

& ad benedicendum ei, hoc e
gratulandum, &c. & 4 Reg
v.29. VECHI SEBERECHCHA JS
cùm *benedixerit tibi Vir*, hoc est
sta precatus fuerit aut te *salu*
qvispiam, ut vulgata reddidit
non memorem, qvod, si a
datur ad vocem BERECH e
genu flectendi notionem inv
ut Genes. 24. v. 11., ut & fun
preces, hinc lib. Talm. BER
non solùm benedictiones pr
sic dictas sed & Orationes a
rias earum formulas comp
tur.

§. 14. Longè adhuc duri
nodum objicit nobis Euty
cum negat ullos per id te
fuisse Episcopos in Ægypt
si maximè concederetur Pr
teros tantum elegisse Pa
cham per manûs impositi
& deinde ei fausta qvævis

em administrationem esse ap-
catum, atq; illud per τὸ *bene-
re* fuisse ab Eutychiô expres-
n, à qvô tandem Præsulem
n dicemus ordinatum? si ut
t Eutychius, in Ægypto Epi-
bi nulli fuerunt, id qvod Eu-
hius his asserit verbis, prout
n latinè loqvi fecit Seldenus:
*Hannaniâ, qvem constituit Marcus
ngelista Patriarcham Alexandriæ
in tempora Demetrii Patriarchæ
m* (is verò fuit undecimus)
*s erat in Provinciis Ægypti Episco-
nec Patriarchæ ante eum crearunt
opos. Ille autem factus Patriar-
res constituit Episcopos. Et primus
ic Patriarcha Alexandrinus, qvi E-
os fecit. Mortuo Demetrio suffe-
est Heraclas Patriarcha Alexandri-
vi Episcopos constituit viginti.* Ad
verba provocat Hornbeck
m̄a Controvers. p.m. 867. nisi
qvòd

qvod nescio qvô errore D
trium faciat nonum; qvi I
chio undecimus est Patria
nec non Salmasius, in app
p. 77. Cùm ante qvatuor a
Eutychii añales percurrerem
tentissimè consideravi, n
etiam ullius Episcopi in Æg
faceret mentionem, & verò
prehendi eum esse sui
oblitum, cum in rebus
cilii Nicæni ait, vetuisse Pat
Episcopus haberet uxorem
dem, inqvit, *Episcopi, loqvens d*
ptiacis, à NB. *tempore Apostolor*
ad Concilium uxores habuerunt.
si qvis maritus constituebatur Epi
manebat cum illo uxor nec abjic
Patriarchis exceptis, qvi usq; uxo
bebant, neq; Uxorati Patriarchæ
bantur. Hic habes Episcop
Ægypto à temporibus Apo
rum. Neq; nostro aliàs in

ut ſibi contradicat: E. g. ex-
e audivimus eum agnoſcere Pa-
in Concilio 318. in verbis ſupra
is, qvem numerum inter orien-
ſuô aſſenſu probat Abul-Pha-
hiſtor. Dynaſt. p. 86. necnon
zabo in Confeſſ. apud Da-
. à Goes p. 482. Eutychius au-
noſter in Annalib. Alexand.
. I. p. 440. *Et congregati, in-
ſunt in urbe Nicænâ poſt annum &
nenſes bis mille & 48 Epiſcopi, &c.*
roqvin valdè ſingularia occur-
in noſtro Eutychio, cum defi-
non tantum annum & diem ſed
i partem mortis Adami, Pa-
harum, originem Idololatriæ,
arum &c. Undè verò talia ad
notitiam pervenire potuerint,
ò mecum qværent alii. Et
ſufficient ad hoc, ut in claſſe
oſorum ſcriptorum ponatur
hius. Cæterùm ad objectio-
nes

nes has non contemnenda resp
suggerit Morinus ex Calvini
Catholicus de Sacris ordinatio
part.3.f.131. & seqq. qvæ legi
dem poterunt.

§. 14. Incidi deinde in Bi
theca Venerabilis Capituli V
laviensis in librum Abraham
chelensis Maronitæ è Monte-l
no, cujus Titulus: *Eutychius*
triarcha Alexandrinus vindicatu
Romæ typis de propaganda fi
1661. impressus est, qvi aliq
iis, qvæ nos attulimus, obser
& multa alia addidit, qvæ
qvicqvid est dubii, egregiè to
Pag. 84. citat verba Severi Al
drini antiqvissimi Scriptoris
qvibus manifestissimè patet,
Episcopos in Ægyptô ante D
trium, qvod negare Eutychiu
divimus. Jlla hùc transscr
non pigramur, sunt verò se

Cùm altera adesset dies convenerunt, ...runt & sederunt, adfueruntq; Pres... Alexandrini dixitq; Πρῶτος: Gu...te hoc negotium Domini mei Pa... Cui Theodorus respondit, quemnam ...is vos? Ut illum nos quoq; cogno...s. Dixit πρῶτος talem & hoc est ... ejus scriptum: Quibus rursus ...orus: Si placet Synodo, optimus ...unc illi πρῶτος: nostrum hoc est ...um non autem Episcoporum, ad ...ihil aliud pertinet quàm imposi...anûs, nostrum verò est eligere Pa...ham. His respondit Abbas Abra... Episcopus Phajum: Episcopi quoq; ...vobis ordinabunt, quemcunq; eli... si dignum itaq; proponatis, ordi...s illum, si verò indignum, eum ...us. Porrò ex impositione ...s Presbyterorum non peti posse ...entum pro ordinatione Pres...li colliges ex eôdem Severô ...à Agrippini, qvi tempore Antonini

nini Pii vixit & præfuit Ale
driæ A.C. 152. Cujus verba
rùm Abrahamus ille producit, p
sunt autem seqventia: *Tum con*
runt populus unanimiter & imposu
manus suas homini timenti DI
cujus nomen Agrippinus & constitu
illum Patriarcham. Ex vitâ
Jero-Martyris laudat Ecchel. p
hæc: *Cùm reqvievisset Abbas Th*
Patriarcha, convenerunt Sacerdote
xandrini & populus imposuerunt
nus suas Petro ejus filio ac dis
Non possum, qvin etiam ex p
exscribam verba, qvæ reperi
Ecchel. in volum. Constit.
Cùm vult Episcopus ordinare Pr
rum, manum suam imponat capi
simulq; omnes Presbyteri tangant
Episcopi est facere Cheirotoniam
verò suscipit ab illo χειροτονίαν,
pit etiam ejus benedictionem.
teri autem nec est facere χειροτονι

vam id ipsi licet. Finem faciam
erpendi, si adhuc laudavero ali-
ex iisdem constitutionibus, qvæ
3. citat Maronita noster & ita
ent: *Episcopus constituatur die Do-*
co omnibus consensum præbentib9 de
s promotione & populo ac Sacerdo-
pro illo attestantibus. Episcopi
m, qvi adsunt, ut manus imponant.
t manûs suas, deinde consecrent il-
& populo adstante cum silentio & ti-
& elevent manus suas super eum
tes: Imponimus manûs nostras su-
servum hunc electum DEO in nomine
is, Filii & Spiritus S. ad constituen-
illum in ordine bonum. pag. 44.
ntur: *Imponat primus Episcopus*
is ei manum & dicat formulam
crationis seu ordinationis, dicatque u-
sus populus Amen. Deinde oscu-
r eum Episcopi & dicant cuncti Sa-
tes & populus: Dignus, dignus,
s, & osculentur illum omnes atque

apprecentur ei pacem & salutem. H
ille ex monumentis fide & an
qvitate Eutychii annales lon
vincentibus. Cum verò Sel
nus urgeat præter allata eti
vocem SALOHA seu creare, A
rahamus Ecchel. p.57. ex thes
ro Lingvæ Arabicæ, cui Car
nomen sit, notat SALOHA id
esse, qvod *dignum, bonum, ap*
idoneumq; aliqvem habere, reda
judicare. Omnia, qvæ hacte
diximus, multum confirm
tur, si respiciamus ad ea,
adempta ab Alexandro sunt P
byteris Antiochenis; sunt
duo, nimirum (1.) electio, q
habuerant Presbyteri; *decrev*
nim, ut *mortuô Patriarcha con*
vent Episcopi, qvi Patriarcham
rent, ut loqvitur Eutych. A
hac verò Presbyteri electi
jure gavisi fuerant. Deinde

platum fuit ab Alexandro in-
utum, qvô tantum ex suô
llegiô Patriarcham desi-
irant, & jus adeundi honores
iscopales etiam aliis extra
c societatem est concessum,
missumq; Episcopis, ut a-
n sive ex aliâ provincia in de-
cti locum surrogarent. Cùm
ò ordinatio iis non sit adem-
certum id est indicium, eos
ordinandi etiam antea non
e gavisos.

§. 15. Objiciat verò qvispiam
iò: In Germaniâ à tempo-
s Apostolorum fuisse Chri-
Evangelium prædicatum &
esias constitutas juxta illud:
(Apostolorum) *exiit in omnem*
n & verba eorum in fines orbis
um, ad Rom. 10. v. 18. tum
ad Coloss. c. 1. v. 23. testis
postolus *in universa creatura*,

qvæ sub cælo est, promulgat
esse Evangelium, tùm poti
mum, qvod Paulus ad Galat.
nostri Franci seu Galli sunt,
pserit, qvæ ratio est Selnec
in Ps. 68. f. 302. Egistum qvo
iu *Bardevvick prædicâsse* refe
centuriator. Magdeburg. c.
2. Col. 23. Ad Rhenum
primis & Danubium, ubi
qventes Romanorum Col
consederant & præsidia e
qvibus *vetera imperii munime*
hi fluvii dicuntur à Tacito
4. defendebantur, conditas
Ecclesias probat Stengelius
August. l. 1. c. 2. & Bucheri
5. c. 1. Porrò ex Sec. 2. Ire
lib. 1. c. 2. ait, *Ecclesias, qvæ*
maniis sitæ sunt non aliter crede
qvæ in Hiberniis neq; qvæ in
Tertull. porrò advers. Jud
In Germaniis Christi nomen

erit. Nihilominus tamen à
hristo annis fere trecentis ul-
n Episcopum Presbyteris
æpositum fuisse in omni anti-
itate memoriæ proditum non
. Ergò sine dubio Presbyte-
soli his præfuerunt Ecclesiis &
linârunt alii alios. Resp. 1.
ndùm sufficienter probatum
e, qvòd Sec. I. in Germaniâ
nstitutæ fuerint Ecclesiæ; di-
enim S. Pauli citata id solum-
dò innuunt, famam nominis
risti & Evangelii ejus per o-
em sparsam orbem. Pul-
é Commentator vetus, qvi
dò sub Hilarii modò sub Am-
sii nomine citatur in Epist.
Roman: *Ubi præsentia hominis
dicantis defuit, sonus tamen & fa-
pervenit.* Alias non pauci
t inter S. Patres, qvi exertè
gant, Evangelium in totô or-

 be

be esse prædicatum. Orig. Tr
28. in Matth. *Multi*, inqvit, *no*
lùm Barbarorum sed etiam nostra
gentium usq; nunc non audierunt C
stianitatis verbum, & deinde no
nat Æthiopes, Britannos, G
manos circa Oceanum, ex I
baris Dacos, Scythas, &c. a
qvos nondum sit prædicatu
Evangelium. Augstin. in p
lixa illa de die novissimo ad I
sychium Epist. qvæ est 80. su
nem hæc habet: *sunt apud no*
est in Africâ barbaræ innumera
gentes, in qvibus nondùm esse p
catum Evangelium ex iis, qvi ducu
inde captivi, & Romanorum ser
jam miscentur, qvotidie nobis addi
in promptu est. Prosper aut
cunqve auctor est libr. de vo
gent. lib. 2. c. 6. *Etiam nunc in*
tremis mundi partibus sunt aliqvæ
tiones, qvibus nondùm gratia Serva
illu

uxit, Hinc S. Bernhard. libr. 3. de
nsiderat. ab Eugeniô reqvirit,
: ad gentes, qvibus non fuerit
nnunciatum Evangelium, ipse
rædicatores mittat. Qvod Sel-
ccerum concernit opinantem
alatas fuisse Francos sive Gal-
s, si existimet ad eos in Galliâ
gentes scriptam fuisse episto-
n frustra est, neminemq; sibi
bet assentientem, si verò au-
mat Galatas fuisse ex Galliâ o-
undos; rectè sentit, nam Gala-
dicebantur ii, qvi è Galliâ in
ræciam commigrârunt & Ta-
um, Pessinuntem & Ancy-
m habuêre, inde verò non con-
qvitur, Germanis fuisse prædi-
tũ Evangelium, ut nemo non
det. Centuriatores miror à
ntentiâ Lutheri discessisse, qvi
om. 2. Altenb. f. 194. a. putat
riùs *Fidem Turcicam cœpisse*, qvàm
I 4 in

in Germania Christiani sint fa
De cætero. Iren. & Tertull. me
tò fidem habemus, & credim
sub finem Sec. 2. Evangelium a
nunciatum eiq; à qvibusdam
Rhenum & Danubium in G
mania creditum. Non m
tum verò promotum fuisse fa
lè inducor, ut credam. N
Sozom. lib. 2. Hist. Eccl. c. 5.
statur, Gentes circa Rhenum h
bitantes *Fidei Christianæ tempore C
stantini sese dedisse.* Argumentu
verò qvod ex concessis form
tur, futile est: Penes Presby
ros stetit regimen Ecclesiaru
Germanicarum ac ordina
Presbyterorum, qvia Episcop
rum Germaniæ nulla men
est in Scriptorib. Sec. 2. & ter
Nam nec Presbyterorum Ge
maniæ in illis Auctoribus m
moriam ullam esse video, qv
tam

nen omnes & ſæpè legi;eâdem
rò ratione inferemus, in Ger-
niâ nec penes Presbyteros
ſſe Eccleſiæ gubernationem.
cùs verò rem ſeſe habere illi
credunt. Maturè verò fuiſſe
iſcopos inGermaniâ conſtitu-
& eô tempore gubernâſſe,
cleſiam, qvô Presbyteri juxta
ſentientes præfuere, inde col-
mus, qvòd cum Deciô extin-
Gallus & Voluſianus impe-
m arripuiſſent, ortumq; eſſet
vatiani Schiſma circa annum
mini 252. multos in Galliâ
rmaniæ vicinâ conſtitutos
ſſe Epiſcopos memoriæ pro-
lerit Scripta ad Stephanum
iſtolâ S. Cyprianus. Credi-
e enim idem, qvod in Gallia,
am in Germania eſſe factum.
it ſi id omiſſum, fœcunditas
allicanorũ præſulum ad filios
 Eccle-

Ecclesiæ Germaniæ gignen
generavit Patres. Aut certè
Episcopi ardore propagandi
ligionem Christianam incen
Germaniam sese contuleru
Fortassis etiam persecutio
qvos eò ire compulit. Q
deinde contigisse S. Narcisso
actis Afræ apud Welserum i
appendice hist. August.p.152.c
stat. Serrarius qvoqve ex M
Moguntinorum Episcoporu
Catalogis perpetuam eorum
cessionem deducere satagi
Trithemius ex Meginfredo M
nacho Fuldensi è Crescente I
Moguntinorum Episcopo ad
nifacium numerat 40. De c
bus tamen alii viderint. Q
qvid agant certè dissentient
nihil proficiunt, donec certi
bus argumentis, qvibus omn
de

tituuntur, ſententiam ſuam
bent.

§. 16. Certè qvæ Blondellus
fert, multò ſubtiliora ſunt
naſianis, mirabitur tamen
vis, qvòd, cum operi ſuo A-
ogiæ nomen pro Hieronymo
erit, in expoſitione ſuæ ſen-
tiæ ab ipſomet Hieronymo
ſentiat. Blondelli ſententia
viter comprehenſa hæc eſt:
CollegioPresbyterorum fuiſſe
nper aliqvem, qvi *pari cum cæte-
Presbyteris fuerit poteſtatis & ho-
s conſortio præditus, primæ duntaxat
hedræ præſidialisq; poteſtatis jus ob-
erit*, hujus fuiſſe *conſeſſus coge-
omnibus exemplò præire ex officio*
pro *virili DEI ad homines nun-
m ſe præſtare*; hunc autem
imum dignitatis locum citra
dinationem ei attributum
iſſe, qvi prius cæteris in Pres-

byterorum Collegium fueri
scitus, nec opus fuisse electi
usq; ad Annum Christi 136. p
ea Presbyterorum suffragiis
eodem collegiô idoneum fu
electum, qvi inter cœteros
cessariis ad hoc munus doti
excelleret. Nec est, ut le
multa exspectet argumenta,
nus enim. Pseudo-Ambrosii
Hilarii locus, *ut recedente uni
qvens ei succederet*. ad hoc magn
dubium dilucide probandu
adducitur. S. Hieronymus i
pist. 85. ad Evagrium, pro
potissimum Apologia est à Bl
dello scripta, longè aliter jud
scribens: Nam & *Alexandr
Marco Evangelista usq; ad Heraclan
Dionysium Episcopos Presbyteri sen
unum ex se* NB. *electum in excel
gradu collocatum Episcopum app
bant.* Non ergò πρωτοκλησία

ρωτοτοκία, ſive prior ordinatio,
Blondellus vult, ſed electio
primam Cathedram à tempo·
bus Marci juxta Hieronymum
a & gradus fuit. Deinde qvi
Apologia Hieronymi, in qva
reshyteris jus ordinandi à
londello tribuitur, S. Hiero-
ymus defenditur, cujus in ea-
em Epiſtola, pro qvâ Apolo-
am adornatam diximus, hæc
int, ubi maximè Presbyteros
xtulerat: *Qvid enim facit exceptâ
dinatione Epiſcopus, qvod Presbyter
n faciat?* Scribere pro alicujus
ntentia Apologiam & propo-
tiones contradictorias ejusdem
ntentiæ enixè defendere hacte-
us fuerat inauditum. Id ta-
nen feciſſe Blondellum negari
eqvit. Utut non diffitear de
ætero, qvòd ipſius Blondelli
criptum Apologia pro Epiſco-
 pis

pis inſcribi poſſet, ſi pauca ince
ta ac Criticæ conjecturæ demar
tur. In eô ſane invenit lect
nullô præjudiciô & odiô exco
catus, in qvibus acqvieſcat,
ex qvibus Catholicæ ſententi
veritatem proſpiciat. Non e
go qvicqvam obſtat, qvo minu
concludamus, ſemper à temp
ribus Apoſtolorum diſtinct
fuiſſe Epiſcopos à Presbyteri
nec ullum Presbyteralis ordin
tionis in omni retrò memor
exemplum proſtare. Merit
igitur miratur Guilielm. Say
vvell in præfat. jam ante cita
viros doctos *incerta pro certis & no*
pro veteribus ſubſtituere & cùi
calidisſimi illi Presbyteralis o
dinationis propugnatores f
teantur veras & legitimas eſ
Epiſcopales ordinationes, juſti
ſimis de cauſſis æqvum eſſe a
bitra

ratur, ut veri Christiani sen-
ntiam per tot Secula à Christi
clesia dictis & factis approba-
m præ novitatibus illis & pri-
tis prurientium qvorundam
riticorum Conjecturis eligant
aqvàm longè tutiorem & cer-
orem.

Caput V. demonstrans

Scripturis distinctum esse iscopatus & Presbyteratus ordinem, & illi ordinationes competere.

§. 1.

A Bunde, ut opinor, ex antecedentibus constat, qvod A-
ostoli Episcopos à Presbyteris
stinctos instituerint, id qvod
t gravibus veterum testimo-
is adstruximus, patet qvoqve
vod cum Episcopatûs ordine
separabiliter ac unicè cohæ-

reat facultas ordinandi, Epiſc
palis enim ordo ſolus exerci
à fundata Eccleſia hanc poteſt
tem ; hinc iterum vel ex eo c
pite, nullius eſſe valoris or
nationem factam à Presbyteri
qvòd ſit ſanctionibus Apoſtoli
contraria, firmisſimè conclu
mus. Qvis enim dubitet, actu
inRepublicâChriſtianâ vitioſu
& nullum eſſe, qvi repugn
S. Apoſtolorum ſanctionibus
Nec hoc dubium eſt apud Prot
ſtantes, verùm inficiantur i
hoc, qvod Epiſcopi, qvi ſoli j
ordinandi exercuerunt, ſint i
ſtituti ab Apoſtolis. Enim ve
ſtante hôc, qvod Epiſcopi, q
ſoli ordinârunt, ſint inſtituti
Apoſtolis & in altiori ordine co
locati qvàm Presbyteri, cer
qvi illis prærogativam ab Ap
ſtolis conceſſam demit & h
adſc

ſcribit, Apoſtolicas conſtitutio-
es convellit & labefactat. Ita
er rem habere & Epiſcopos ab
poſtolis conſtitutos eſſe caput
itcedens edocuit. Et ſi nullum
iul ſuppeteret argumentum, hoc
re ſufficeret ad firmisſimè de-
oſtrandum, diſtinctos eſſe Epi-
pos à Presbyteris, qvia aliàs Ec-
ſie ubicunq; terrarum conſtitu-
tanto intervallo à ſe invicem
ratæ nunqvam diſtinctos à
ebyteris ſuſcepiſſent Epiſcopos
Presbyteri ſine contradictione
urbis multis, de qvibus tamen
llum in antiqvitate veſtigium,
reſt, ſeſe ſubjeciſſent Epiſcopis,
i Apoſtolicis decretis ac ſanctio-
s iis ſeſe ſubjectos noviſſent.
rè nunqvàm in Republicâ Ari-
atica unus etſi ab omni indu-
i aulica inſtructus ſibi jus vin-
cbit, qvin alii ſtatim reclament,
ſeſe

sese manibus pedibusq; opponat omnia omnibus viribus tentet in parentium numerum detrudatur. Porrò religioni qvoq; erit asserere primos Episcopos ctitate & martyriis illustres gâsse sibi jus planè non comp in Presbyteros, & tribuisse sib lis jus ordinandi Presbyteris petens etsi qvendam audaculu aliqva dissertatione ita scripsisse ignorem. Sunt verò hæc igno omni antiqvitati portenta; vola vel vestigium in locó S. C sostomi ibi allegato de hác re prehenditur. Qvia verò apud q dam perexigua est S. Patrum ctoritas & subinde à nobis scr ræ oracula reqvirunt obsecut rum desiderio sententiam nost ex Scripturis probabimus.

§. 2. Ante annum à nativ te Christi circiter 45. nulla

porum vel Presbyterorum men-
in Actis Apostolicis, qvia ni-
rum cum JudæisChristiani unum
pus constituebant, & in Synago-
DEO cultum suum præstabant.
qvó verò Apostoli à Judæis gra-
simis excitati odiis & persecu-
nibus discesserunt & peculiares
ristianorum conventus institue-
t, Episcopos etiam & Presby-
os crearunt ipsi, non verò, qvo-
n multi adhùc supererant, disci-
i. In Provinciâ Pisidiæ consti-
i sunt Presbyteri Anno circiter
in Act, c. 14. v. 22. A qvibus-
n? A Paulo, qvi *à Petro, Ja-*
& Johanne gentium Apostolus
ordinatus teste Hieronym. in
tal. Script. n. 15. & Barnabâ,
Apostolus vocatur c. c. v. 13. Et
t in Proseucha Judæorum Phi-
pensium, Act. c. 16. v. 13. in Sy-
oga Judæorum Thessalonicen-
sium

ſium, Act. c. 17. v. 2. nec non Ba
enſium v. 10. Athenienſium, v.
Corinth. Act. 18. v. 4. Epheſin. v.
adhúc S. Apoſtolus docuerit, c
nimirùm Judæi id patiebantur
blasphemabant, ab aliis blasp
miæ crimine ſeſe polluentibus
ſcesſit, ut Act. 19. v. 8. & in Sc
lam Tyranni diſcipulos ſepara
qvod contigiſſe videtur Annô
Cùm autem hic tribus annis ve
tus ſit S. Apoſtolus, & Aſiæ in
bitatoribus prædicârit, ſine du
conſtituit Epiſcopos & Presb
ros, qvos deinde poſt trienn
Miletum reverſus convocavit.
hoc usq; tempus nulla mentio P
byteralis ordinationis, ſed Apo
licæ, id eſt Epiſcopalis in Sacro
dice continetur. Verùm diluci
ra & ſtringentia argumenta ſine
bio à nobis lector benevolus
ſtolabitur, perpendi benevole
cupio ſeqventia.

§. 3. Certum est Timotheum à Paulò fuisse ordinatum, id qvod constat ex 1. ad Tim. 4. v. 14. ubi hæc habentur: *Resuscites donum DEI qvod in te est per impositionem manuum mearum*, qvibus verbis significari ordinationem S. Timothei omnes Protestantes concedunt. Id qvoq; certum est Timotheum fuisse Episcopum primum Ephesinum ut ex Oecumenicæ Synodi verbis constat supra allegatis. diligentissimam qvoq; merentur observationem verba, qvæ in vetustissimis Codicibus N. T. in fine prioris epistolæ ad Timoth. habentur. Adscribo illa ex opere Polyglotto Anglicanô Waltoni Tom. 5. p. m. 841. & Novo Testamento è Theatrô Sheldoniano Londini, A. 75. edito p. m. 541 πρὸς Τιμόθεον δευτέρα τῶν Ἐφεσίων ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον χειροτονηθέντα ἐ-

γρα-

γϱάφη ἀπὸ ῥώμης ὅτε ἐκ δευ
παϱέςη παῦλος τῷ Καίσαϱι Νέϱ
hoc est *ad Timotheum secunda ep*
la Ephesiorum Ecclesiæ primum Ep
pum ordinatum scripta est Roma, c
secundò sisteretur Paulus Neroni. I
rò qvoqve certum est S. Titu
fuisse Episcopum Cretæ. Th
phylactus qvi suos Commenta
excerpsit ex S. Chrisostomo in I
œm. ad Tit: *Inter omnes,* inqv
qvi cum Paulo versati sunt, prob
simus cùm esset Titus, Episcopus
pterea Cretæ magnæ illius Insulæ ele
est. Eum qvoqve Episcopum fu
affirmant Eusebius, Ambrosius
ipse Hieronymus. In fine it
epistolæ ad Titum in corpore
blico l. c. p. 846. & in N. T. p. 5
hæc leguntur: Πϱὸς τίτον τῶν κϱη
ἐκκλησίας ἐπίσκοπον χειϱοτονηθέ
ἐγάφη ἀπὸ Νικοπόλεως τῆς μακ
νίας, h. e. *ad Titum Cretensium Ec*

mum Episcopum ordinatum scri- Nicopoli Macedoniæ. Fuisse in Ecclesiis his Presbyteros dubitare nos sinit Ecclesia E- na, cujus Presbyteros convo- legitur S. Apostolus Act.c.20. Episcopos illos & Presbyte- cteros fuisse magnam diffe- am patet ex auctoritate isto- in Presbyteros qvam Aposto- imotheo in verbis istis tri- 1.ad Tim.c. 5. v. 19. *Adversus yterum accusationem noli recipere b duobus aut tribus testibus*, nam verba clarè indicant Timo- n exercuisse jus in Presbyte- nàm aliàs commonefactio illa a fuisset, adeoq; fuisse discri- inter Timotheum, qvem Epi- im hodierno sensu fuisse dixi- , & Presbyteros ei subjectos, e est inter judicem & eos, qvi io ejus subsunt. Magnam etiam

etiam id hujus Timothei digr
tem indicat, qvod ille Episc
ipsi Apostolo jungatur in versu
mo Epist. ad Philippenses: *Pa*
& Timotheus servi JEsu Christi. Q
verò non Presbyteris sed Ep
pis jus ordinandi conveniat,
dem Sole meridianó clarius
ex Epistolis his, qvibus juxta
ronymum Apostolus instituit,
modo debeant Ecclesiam ordinare.
moth. & Tito Solis non au
Presbyteris potestatem ordir
tribuit ad Titum cap. 1. v. 5. *h*
inqvit, *rei gratiâ reliqvi Te Cret*
ea, qvæ desunt, corrigas, & con
per Civitatem Presbyteros κατα
κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους. Arab
legit: *Ut statuas in qvâlibet*
Presbyteros: juxta Syrum ita
Et constitueres Presbyteros per si
urbes. Uni Tito non aliis ju
stituendi Presbyteros adscrib

cum alii jam adessent Presbyteri Titus tamen in Creta relinqvendus erat, ut constitueret novos Presbyteros. Nihil causæ fuisset cur in Cretâ relinqveret Titum Apostolus, si Presbyteri cæteri pari honoris & juris consortio cum Titô fuissent præditi, nam & ipsi potuissent ordinare Presbyteros & corrigere, quæ desunt. Cùm verò Titus præterea ibidem relinqvendus fuit, certum est, eos hâc potestate caruisse. Qvæ ratio etiam est, cur soli Timotheo 1. ad Tim. c.5. hanc admonitionem [illegible] *manus nemini citò imposueris*, etsi multi adessent Presbyteri in Ecclesia Ephesina ut ex actibus Apostolicis probatum, qvia nimirum is solus jure ordinandi gaudebat, & solus hâc de re informatione indigebat. Nam si

communnis fuiſſet hic actus
motheo & Tito cum Presby
ris, Apoſtolus cum utrobiq; p
cepta præſcribat Presbyteris
ſervanda, hujus in ſpecie ir
præcepta illa meminiſſet, &
monuiſſet, non citò eos alii
ordinatione manus impone
debere. Qvoniam verò id o
ſit, omninò colligimus hun
ctum neqvicqvam pertinuiſſ
Presbyteros. Per ſe verò noti
id, qvod uni ex Epiſcopis
ctum, etiam aliis inculcatum
ſe. Ita ex Scripturis pat
diſcrimen inter Epiſco
& Presbyteros, patet et
ordinationem Epiſcopis u
cè convenire. Non tant
autem conſtat ex Scripturis c
petere Epiſcopis jus judica
de Presbyteris eosdemq; o
nandi, qvod Characterem &

Episcopi essentialem non
merito dixeris, sed qvoqve
obscurè ex eâ concluditur,
rdinandum Episcopum plu-
convenire debere, ad cre-
um verò Presbyterum u-
Episcopi manûs impositio-
esse necessariam. Poste-
hinc patet manifestè, qvòd
Titus in Cretâ fuerit reli-
ad constituendos Presbyte-
prius verò ex ordinatione
imothei colligitur; nam
tsi verè dixerimus, eum
natum esse à S. Paulo, plu-
amen adstitisse in istâ ordi-
ne elucescit ex seqq. ver-
ad Timoth. 4. v. 14. *Noli*
ere donum, qvod in te est, qvod
est tibi per Prophetiam cum im-
ne manuum Presbyterii, qvale
id fuerit, infra edisseremus.
Ecclesiasticos fluxisse Ca-
 nones

nones de Episcopis á pluri
Episcopis & Presbyteris ab
no Episcopo ordinandis nu
dubito. Verùm hæc obiter.

§. 3. Ita in Ecclesiá Cret
si Anno circiter Christi 63. in
phesina verò aliqvanto ci
fuere Episcopi & ab his dis
cti Presbyteri ac Diaconi. I
cæteris similiter obtinuit.
Clemens, de qvô teste Hie
nymo Paulus ad Philipp. scri
*Cum Clemente & cæteris coope-
ribus meis, qvorum nomina scrip
libro vitæ,* In epistola ad Co
thios scripta juxta Blondel
inter annum à Nativitate C
sti 68. & 76. vel juxta Dodv
lum A. 65. qvam ex veter
Origines lib. 2. de Princip. Eu
in histor. Ecclesiast. lib. 3. c. 1
c. 38. Cyrill. Hierosym. Ca
chesi 18. Epiphanius, Photiu

q; plures laudant omnesq; re-
ntiores tanqvam genuinam,
mittunt p.m. 93. edit. Oxoniens.
12. Ann. 1669. ita scribit: *Sum-*
Sacerdoti (per eum intelligit
esulem, qvem hodie Episco-
m vocamus) *sua munera tribu-*
unt, *Sacerdotibus* (Presbyteris)
s proprius assignatus est, & *Levi-*
ita vocat Diaconos, qvi & a-
ita appellantur) *sua ministeria*
mbunt. Eqvidem non ignoro
rum summi ingenii Hugo-
n Grotium in epistolâ ad Hie-
ymum Bignorium, qvæ est
er epistolas Amstelodami in
ô editas n. 347. p. 124. Ubi sa-
egregiè de auctore & hujus
stolæ non suspecta puritate,
icâsset & in hunc locum in-
isset, addere: *Omnia ista nomina*
ad Ecclesiam sed ad templum Hie-
lymitanum pertinent. Verùm,
 Gro-

Grotium hîc dormitâsse, p
bonus Homerus sæpè solet, e
cunt seqventia, qvæ certè
Christianos pertinent: *Unus*
vestrum fratres in suo ordine & j
ne manens DEo in bona conscienti
tias agat, & cum decore intra pr
pium ministerii sui Canonem se
neat. Ex qvibus etiam facile
plicabis, qvæ leguntur in eâ
S. Clementis epistolâ p. 97.
deinceps porrò continuatu
esse manifestat S. Johannis
pocalypsis, qvam juxta Gil
tum Genebrardum lib. 3 C
nogr. p. m. 377. Anno Dom
ni 14 in Pathmum Insulam
legatus scripsit Annô à Na
tate Christi nonagesimo te
ex Sethi Calvisii autem m
A. 95. Calvis. in Chronolog
m. 500. (Edit. Lipsiens. A. 1
manifestant qvoq; Scriptore
cl

astici à nobis in anteceden-
s allegati.

§. 4. Verum habent, qvæ hic
entientes obtendant, ajunt e-
ı sese perspicuè demonstrare
e ex sacris, qvòd unus idem-
rdo sit Episcopatûs & Pres-
eratus. Et cum ex collatio-
Auctorum variorum puta
hard. loc. de Ministeriô Ec-
§. 234. & in Confess. lib. 2.
t. 2. artic. 6. c. 3. à p. 28. edit.
ens. Echard. de ordine Poli-
ò & Ecclesiast. p. 33. Finckio
est. illust. 80. Calixti in appa-
u p. 216. Horneji disput: 5. de
cles. p. 581. Drejer. Disput. à
72. Becmanni, Bajeri, Alber-
x Reformatis verò Prideaux
04. Danæi in Augustin. de
res. 53. p. 141. Chamier. in
nstrat. aliiq; eadem tradant,
æ Chemnit. part. 2. Exam.

p. 419. Edit. Francofurt. in
ait docere S. Hieronymur
qvanqvàm falsò, Chemnitii p
bationes, qvæ ipse S. Hieror
mo adscribit, audiamus; ita
tem Chemnit. *Paulus Philipp. 1*
cit, in unâ illâ Ecclesiâ fuisse Episc
& Diaconos. Act. 20. Lucas dicit
catos fuisse Presbyteros Ephesinæ Ec
siæ, illos autem Paulus compellans
cat Episcopos. Tit. 1. Paulus loqv
de constituendis per Civitatem Presb
ris & explicans, qvalis debeat P
byter ordinari, infert, oportet enim
piscopum irreprehensibilem esse. 1. Pet
Petrus alloqvens Presbyteros vocat
Compresbyterum & Presbyterorum
ficio tribuit τὸ ἐπισκοπεῖν. Ipsam eti
ordinationem communem fuisse Pres
teris Hieronymus ostendit (id est f
sum, qvod pace ad miratoru
Chemnitii dixero) *ex locô 1. Ti*
4. de impositione, Hæc Chemnitii

n diſpiciendum, qvanti illa ſint
nderis. Et certè fatendum
, qvòd locus ille ex Act. c. 20.
ad Tit. c 1. citatus evidenter
obet, Presbyteros Seculo A-
ſtolico vocatos fuiſſe Epiſco-
s. Id qvod multi etiam ex
Patribus annotârunt, S. Chry-
tom. homil. 1. in Epiſt. Pauli
Philipp. *Qvid hoc, inqvit, u-*
s urbis multi erant Epiſcopi? Ne-
qvam: ſed Presbyteros ita appella-
, tunc enim adhuc nominibus com-
nicabant ἐκοινώνουν τοῖς ὀνόμασι.
iterùm: *Qvod igitur dicebam,*
Presbyteri antiqvitùs vocabantur E-
opi, & Epiſcopi Presbyteri, & ita a-
i paſſim. Theodoret. ad l. c.
ſcopos appellat Presbyteros. Utrumq;
m nomen habebant illo tempore. Si-
liter Theophylactus aliiqve
ræci ſcribunt. Nec aliter La-
ii, ut ex Primaſiô ad hunc lo-

cum patet. Hinc etiam ubicun
in N. T. extat vox Episcopu
Syrus per vocem Presbyte
vertit 1. Timoth. c. 3. Tit. 1.
Hæc autem versio Apostolic
temporibus facta creditur, Co
Bellarm. 2. de verbô DEi c.
Waltonum in appar. aliosq; u
de patet, eô tempore non fuit
distincta nomina Episcopi
Presbyteri. Non autem in
rendum; Presbyteri in sac
vocantur Episcopi, ergò nihil i
terest inter Episcopum & Pre
byterum, prout hodiè hæc v
cabula adhibentur. Si enim i
argumentari liceret, cur n
etiam hâc ratione? Episcopi
Presbyteri in sacris vocant
Diaconi; Nam Timotheus e
presse vocatur Diaconus 1. a
Thessalon. c. 3. v. 2. *Misimus Tim
theum fratrem nostrum* καὶ διάκον

τῦ θεῦ & *Diaconum DEI*. Ipſi qvoqve Apoſtoli, qvos nemo dubitat fuiſſe Epiſcopos, pasſim vocantur Diaconi, 1. Cor. c. 3. v. 5. 2 Cor. 3. v. 6. Ergò inter Apoſtolos & Diaconos nulla eſt differentia. Manifeſtum autem eſt hanc collectionem frivolam eſſe, qvia pasſim in Scripturis diſtingvuntur Apoſtoli à Diaconis, Act. 6. v. 2. & ſeqq. 1. Tim. c. 3 v. 8. Qvod ſi qvis exactè trutrinet collectionem, ſine negotio videbit, eam niti ruinoſo fundamento, & concluſionem adverſariorum hanc Epiſcopi non diſtingvuntur à Presbyteris, ex eo probari, qvòd nomine Epiſcoporum tàm ipſi Pontifices ac præſules qvàm Presbyteri nominentur. Sed verò pari modo oſtendere poſſent (1.) Inter Presbyteros & Deos Gentilium

 nullum

nullum esse discrimẽ, qvia etia
Dii nomen Episcoporum geru
apud Plutarch. in Camil. p. 13
Tom. 1. edit. Francof. Herodia
lib. 7. & alios (2.) nullum esse i
ter Presbyteros & Magistratu
Atheniensium qvi per urb
mittebantur ad jus dicendun
constitui posse discrimen, na
non minus hi qvam ipsi Pres
byteri Episcopi audiunt apu
Scholiast. Aristoph. in avib. p
409. edit. Froben. Ut non di
cam, Episcopos etiam vocatos
qvi pani & cæteris venalibu
rebus præessent, in qvâ signifi
catione adhibetur in Pandectis
& de his Episcopis aliqva tradi
Guilielmus Postellus de Magi-
strat. Atheniens. c. 35. JEsus
qvoq; nostri generis reparator
vocatur *Episcopus animæ nostræ*, 1.
Pet. 2. v. 25. Qvomodocunqve
ergò

o formaveris argumentum,
his facilè responsio eruetur.

§. 5. Qvid verò Drejerus ad
? Is in disput. p. 573. respon-
(1.) qvòd distinctio *hæc inter*
byteros in communi & speciatim sic
s ex Scripturis probanda sit - - Si
de, ait, *id non ostendatur, ut osten-*
n potest, nos ex nomine ubiq; con-
usurpatò optimè probamus, & rem
confusam & indistinctam tunc
. Enim verò optimè osten-
potest divisio illa in com-
ni & speciatim sic dictos Pres-
eros ex eô, qvod ipsi Apo-
se appellent Presbyteros e.
etrus 1. epist. c. 5. v. 1. Et tum
bulũ Presbyter utiq; in com-
iori significatu accipitur; ii-
erò Apostoli distingvũtur a-
è à Presbyteris qvi scilicet
iatim ita dicuntur, Actor. c. 15.
Tunc placuit Apostolis καὶ τοῖς πρεσ-
οις & Presbyteris & Apostoli καὶ

πρεσβυτέροι his qvi sunt Antiochiæ & S
& Ciliciæ fratribus ex gentibus salu.
Vides hic discrimen satis cl
qvod ex Scripturis probari
posse magnâ fiduciâ assere
Drejerus. Deinde(2.)obvertit
D. Drejer. qvòd Apostolus
solùm nomina sed res ipsas
fundat, ac Episcopos & Pres
teros pro iisdem habeat,
dicit, hos *Presbyteros omnes r*
Ecclesiam DEI, ut est in vul
Versione, qvod proprium
scoporum est; Respondeat
Drejero S. Chrysost. do
hom. XI. in Imam ad Cori
qvòd Presbyteri acceperin
docendi munus & præfecturam Ec
siæ καὶ προστασίαν τῆς ἐκκλησίας
juxta hunc S. Patriarcham
regimen sed ordinationis ju
potestas qvam vocat πάντων
λιστα κυριώτατον *omnium supre*

h

m. 5. in 1. ad Timoth. unicè
nvenit Episcopis. Deinde,
n Protestantes textum origi-
lem semper urgeant, subit mi-
i, qvòd Drejerus non viderit
are in Græcô vocem ποιμαίνειν
od est pascere. Ex Drejeri au-
n sententia in disput. 10. p. 239.
pressa omnibus Doctoribꝰ Ec-
siæ dictum est: *Pascite, qvi in vo-*
st, gregem Dei, 1. Pet. 5. v. 2. attendi-
obis & universo gregi, in qvo vos Spi-
s S. posuit Episcopos pascere Ecclesiam
I Act. c. 20. v. 28. Et Christus adhuc
Pastores & Doctores Eph. 4. v. 11.
autem pascere omnium est
ctorum, qvomodo ποιμαίνειν
terit esse proprium Episco-
rum ? Ex loco ad Titum D.
ejerus p. 575. format argu-
entum hoc: Qvorum *virtutes*
requisita Paulus describit 1. Tim.
3. Tit. 1. Illi sunt Episcopi vel Dia-

coni; non enim novit plures ordines *nominat ; cum tamen Timotheo* *mendet totum ministerium & o* *personas ad illud reqvisitas, ne vi* *qvidem exclusis, sed virtutes & re* *sita Presbyterorum qvoq; describit,* *Presbyteri sunt Episcopi vel Diaconi* *Diaconi, ergo Episcopi:* R. In co lato non esse sufficientem e meratione m, nam omittun Presbyteri, & falsum est, q Paulus non plures noverit dines qvam Episcopatum & D conatum ; jam in anteceden bus laudavimus verba Clem tis Alexandrini, qvæ volunt, præcepta à Paulo data Episcop alia Presbyteris, alia Diacon & Origines in Commentar. Matth. c. 19. p. 362. docet in *Timoth. Epist.* (c. 3. v. 12. & seq) *stolum leges tulisse de Episcopis,* *verò de Diaconis* (capite cit. v. 8.)

pistola ad Titum (scil. cap. I. v. 5.
6. & seqq.) *de Presbyteris.* Ex
bus nemini non clarum est,
s fuisse persvasissimos tribus
linibus Ecclesiasticis sua cuiq;
ecepta in Scripturis data &
tutes ob oculos positas; ad-
; illi Doctores existimant,
ritò hunc Drejeri Syllogis-
m esse παραδιαζευτικὸν. Qvan-
m (2.) porrò planè non da-
n sit mihi intelligere, cur
ponsio ea non valeat, qvæ ait
nomine Episcoporum S. Pau-
n etiam comprehendisse Pres-
eros, qvia eadem iis præce-
conveniunt, qvæ Episcopis;
m propterea videtur asper-
i Drejerus, qvia Bellarmini
lib. I. de Cler. c. 15. Enim
rò Bellarminus eam hausit si-
dubio ex Chrysostomo, cui
s potiùs fidem habere qvàm
Drej-

Drejero non indignabuntur i
qvibus cognitum, qvâ vener
tione prosecutus sit Drejer
Veteres Ecclesiæ Doctores. I
verò S. Chrysostom. hom. 11.
1. ad Timoth. *Differens de Epis
pis eorumq; characteres describens
censq;, qvæ eos tenere & à qvibus
stinere oportet, Presbyterorum ord
omissa ad Diaconos transiliit. Qva
Qvia inter eos & Episcopos non m
tum interest. Nam & ipsi docendi n
nus & præfecturam Ecclesiæ acce
runt, & ea, qvæ de Episcopis dix
etiam Presbyteris conveniunt; S
enim ordinandi potestate excellunt.* N
obstat secunda, qvæ sola hùc pe
tinet, Drejeri objectio, qvam l
proponit verbis: *Falsum e
qvod Apostolus eos comprehendere
luerit, qvibus eadem præcepta con
niunt, cum præcepta eadem sint Epis
pi & Diaconi eodem modo repetita*

Apostolo. Et deinde aliis verbis repetit, qvæ num. 1. dixerat, nihil; aliud probat, qvàm Presbyteros fuisse vocatos Episcopos: At verò ad oculum patet falli Drejerum, dùm ait eodem modo eadem præcepta de Episcopis & Diaconis esse repetita. De Episcopis hæc habet Paulus; *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris Virum, sobrium, prudentem, pudicum, hospitalem, Doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suæ domui benè præpositum, filios habentem Subditos cum omni castitate, &c.* De Diaconis verò ita loquitur S. Apostolus: *Diaconos similiter pudicos, non bilingves, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum, deinde ministrent.* Non video

video reqviri à Diaconis, ut
Doctores, prudentes, hosp
les; qvæ reqvirit ab Episc
Falsum est ergo eadem præ
pta ab Apostolo esse Episcop
Diaconis eodem modo incu
ta, qvod Drejerus asserit. (
verò Episcopis præscripta si
eadem exactè conveniunt P
byteris. Qvid culpæ igitur c
misit Bellarminus, qvòd cur
Chrysostomo propterea omisso
cat Presbyteros, qvod eadem ip
qvæ Episcopos, deceant? Por
Drejeri argumentum valet ex
stola ad Timotheum; cur non e
valeat hoc ex epistola ad Tit
Qvorum virtutes & reqvisita
scribit Paulus ad Titum, illi
vel Episcopi vel Presbyteri, c
mendat enim Paulus Tito m
sterium, & propter minister
constituendũ inCreta eum relic

ſed Diaconorum qvoqve virtu-
& reqviſita deſcribit, Ergò
byteri vel Epiſcopi ſunt Dia-
; nam qvemadmodum in E-
ad Timotheum nominantur
copi & Diaconi in copulato à
ero enumerati: Ita in Epiſto-
d Titum nominantur Epicſopi
resbyteri, qvos ad imitatio-
Drejeri etiam nos commemo-
as in majori; & ſicuti omiſſos
byteros in epiſtola ad Timoth.
ſubſtituit in minori, ita nos o-
os ad Titum Diaconos in aſ-
ptione ponimus, ut qvam illi
erſus Catholicos, nos adver-
Proteſtantes pleroſq; eruamus
luſionem. Qvemadmodum
minorem ſuam probat ex epiſt.
Titum, ita ego meam ex I. ad
oth. adſtruo. Nemo verò
videt, collectiones ejusmodi
lius eſſe momenti. Aliis au-
tem

tem perpendendum relinqvim
annon concedi qveant Syllogist
rum istorum conclusiones salvâ
tholicorum sententiâ; nam ita dis
tientes confiteri coguntur in Eccl
Ephesinâ & Cretensi fuisse Presb
ros & Diaconos, fuisse verò qvi i
psos jus habuerint in his Ecclesii
est propriè dictos Episcopos, q
modo negabunt, qvi Timotheo
scopo Ephesino & Tito, Cretensi I
suli tale jus concedi in his Epistoli
gent?

§. 6. Qvòd verò ajunt i
Apostolos sese in officio Presb
ris modernis annumerare & p
pterea hos esse Episcopos, in eô f
eos ratio. Audivimus enim
antea, qvòd Apostoli semet di
xerint à Presbyteris primitivæ
clesiæ in Epist. encyclicâ pi
Concilii, qvomodo ergo sese no
annumerabunt in officiô? An

illis sunt majores? Nec verò
probatur ex eô, qvod Petrus in
ci Epistola suà c. 5. v. 1. Ita
pellet eos: *Presbyteros, qvi inter*
nt, obsecro ego συμπρεσβύτερος
resbyter, & Joh. in ipsa Inscri-
e secundæ & tertiæ epistolæ se
Presbyterum. Nemo enim
hanc vocem è Synagogâ
câ in Ecclesiam Christianam
ranslatam, eamq; apud Ju-
significare ἡγεμόνα sive ἄρ-
Præfectum & Magistratum;
taq; vox Presbyteri in hôc
catu fuit satis diu post Chri-
tivitatem. In Codice Theo-
e Judæis Cælicolis leg. II. hæc
tur: *Qvi devotione tota Synago-*
udæorum Patriarchis vel Presby-
ese dediderunt, & leg. 14. *Super-*
s indignæ est, ut Archi-Synagogi
resbyteri Judæorum vel qvos ipsi
los vocant. In hoc significatu
cur

cur se non potuissent Presbyte
nominare Apostoli ? Id verò
etiam ad nostros qvadrat Pre
teros ? Drejerus p. 579. c.l. o
nit, *in epistolis præsertim in I*
ptione, cùm qvis ex nomine & o
se agnoscendum præbet, non solere
munia & antiqva vocabula usur
sed qvæ clarè & distinctè indivi
hoc notent. Verùm non uno m
errat Drejerus. Nam 1. Cùr
nemini inter fideles Petri & Jo
nis Apostolatus esset incogn
non erat, cur se ex officiis co
scendos præberent. (2.) offi
eorum non erat Presbyteratu
Apostolatus, si ergò ex offici
gnosci voluissent, vocâssent s
postolos, cum essent præs
Presbyteri, qvi Apostoli non
(3.) S. Petrus eâ voce in Inscr
ne usus non est (4.) Vocab
δῦλος Servus, qvo utitur Apo

us in inscriptione epistolarum,
e est commune? Omnes sanè
stiani sunt *servi DEI*, 1. Pet. 2.
. Per nomen proprium clarè
individuum exprimitur & di-
è cognoscitur. Qvod porrò
it Drejerus: Petrum loqvi de
yteris, qvorum plures erant in u-
ge: Pascite qvantum in vobis est
m DEI ἐπισκοποῦντες. Similiter in
clesiâ, ad qvam scribit Johannes
s fuisse Presbyteros, sed nullum,
rimatum teneret vel ipsis praeesset
iscopus praeest hôc tempore: Diô-
es enim ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν
atum in iis gerere amans à Johan-
erè reprehenditur: Id si per-
atur, manifestum est iterùm
uno modo lapsum esse Dreje-
. Vix meis oculi credidi dum
rem, Drejerum Virum aliàs
issimum asserere, qvòd Pe-
loqvatur de Presbyteris, qvo-

rum plures erant in *unô grege.* I
rare ne potuit Drejerus Petri
ſtolas eſſe inter Catholicas,
non fidelibus unius urbis aut
gregi ſed Chriſtianis per varia
cleſias ſcriptæ ſunt? Nonne i
Eccleſiis conſtitutos Presby
ergò alloqvi potuit: *Paſcite gr*
DEI ἐπισκοποῦντες? Qvod ver
addidit Drejerus, qvaſi magi
eo vis lateret & expreſsè per
Presbyteri ſtatuerentur Epiſ
At parùm momenti in eô ſitu
Nam ſi ii, qvibus tributa hæc
eſt, Epiſcopi ſunt, ſanè omne
bræi fuerunt Epiſcopi. Ad e
nim Paulus ad Hebr. c. 12. v
Pacem ſeqvimini cum omnibus &
ctimoniam, ſine qvâ neminem v
Dominum ἐπισκοποῦντες *contemp*
aut curantes, ne qvis deficiat à g
DEI ἐπισκοπεῖν *eſt curam agere*
videre, proſpicere & apud Job.

. ἐπισοπὴ significat *solicitudi-*
Apud Petrum qvoqve *ἀλλο-*
τριοεπίσκοποι sunt, qvi *aliena curant,*
æ nihil ad se attinent. Ut Sal-
s rectè notavit. Id vero
ro indignum est collectionis
: Nullus fuit in Ecclesia, ad
Johannes scribit, primatus,
Diotrephes amans primatum
nne reprehensus est. Id e-
erinde est, ac si concludas:
s in conviviô, de qvô Luc.
Sermo est, primum occupa-
cum, qvia *eligentes* ac amantes
m locum à Christo reprehen-
r & rectiora edocentur.
nadmodum verò nihil certius
vam aliqvem fuisse primum
convivio (nam ordinarius
bendi ordo fuit in stigmate
linô sive in stibadió semicir-
, ut constat ex conviviis Ha-
apud Dion. Casfium hist.
 Rom.

Rom. lib. 69, ex Sidonii lib I
pist. XI. & cumprimis ex ano
tionibus R. P. Jacobi Sirmonii
ris. in 8. p. 38. 39. 40: Is a
primum occupavit locum, q
bat, utcum antiqvis loqvar
sinistro, ut ostendit Vir infini
rè lectionis Petrus Lambec
appendic. lib. 4. Commenta
augustissimâ Bibliotheca C
Vindobonensi, qvos favor
rendi Conventus S. Vincenti
non. Ordinis Præmonstrat. r
tendos dedit p. 310. sententia
suam etiam de ordine accumb
servató in supremâ Cœna D
p. 314. declarat) ita extra c
versiam est, fuisse aliqver
mum in ista Ecclesia, ad qv
hannes scribebat: Imo si null
set primatus, qvomodo eum
re potuit Diotrephes? De i
striá omisi responsionem, qva

ex his S. Hieronymi in Catal.
pt. Ecclesiast. verbis p. 265. e-
e posset: *Reliqvæ duæ Johannis
byteri asseruntur, cujus & hodie al-
m sepulchrum apud Ephesum osten-
r.*

§. 7. Omnia hujus generis ar-
nenta nihil qvicqvam probant:
verò palmam reportabunt, si
nderint ex scripturis Presbyte-
reipsa non nomine tales aut
nqvam ordinâsse aut solos
ditas sibi ab Apostol: Ecclesias
ernâsse; nam si hoc poste-
s probatum fuerit, ipsimet
ebimur, Presbyteros ordi-
e potuisse; cùm enim ordi-
io potissima pars regiminis
, si totum regimen iis solis
ncessum, pars iis negari non
tuit. Ast hoc hactenùs non
æstiterunt. Duo specietenùs
duci possunt ex sacris textus

alter pro regimine Presby
rum; alter pro ordinatior
iis peractâ. Expendamus utr
qve. Prior ex qvò per co
qvẽtiam hoc elici posse vid
est ad Philipp. c. 1. v. 1. In
Paulus inscribit epistolam o
bus *Sanctis in Christo JEsu, qvi*
Philippis cum Episcopis & Dia
Per Episcopos verò absq; d
intelligit Presbyteros, qvia
res Episcopi in unâ Philipp
Ecclesiâ non fuerunt. His
tur commissum fuit Ecclesia
gimen. Qvod si enim ad
set etiam tertius ordo (in
situm est omne collectionis
bur) ejus etiam meminisset.
qvia tantum duorum ordir
meminit, duos tantum fuis
Ecclesiâ Philippensi proba
est. Initio dubium adhùc
stit, an temporibus Aposto
u

s tantùm in unâ civitate fuerit
copus, aliter certè visum,
Epiphanio hæres. 98. & ex re-
ioribus inter Protestantes ipsi
nmondo. S.Hieronym. parùm
est huic loco & ex Act. c. 20.
vidensq́ datam à nobis respon-
em scribit: *Ac ne qvis conten-*
in unâ Ecclesiâ plures Episcopos
e contendat, audi & aliud testimo-
n, in Epist. ad Evagr. Sed
urgebimus hanc responsionem
eprimis qvoad locum ex actibus,
a S. Irenæus lib. 3. c. 14. neqva-
am putavit eos omnes ad unam
clesiam pertinuisse. Sic autem,
l.c. *In Miletô convocatis Episcopis*
Presbyteris, qvi erant ab Ephesô &
eliqvis proximis civitatibus. Non
sunt alia, qvæ regeramus: Sci-
et non valida est collectio: duo-
m tantùm ordinum meminit A-
postolus: Ergò duo tantùm fuêre

in Ecclesiâ Philipp. ad qvam scri
est epistola. Nam si ita rectè
gumentor, qvidni etiam hóc pac
Paulus in inscriptionibus episto
rum ad Romanos, Corinthios, (
latas, Colossenses, Thessalonic
ses non meminit ullius ordinis n
Presbyterorum neq; Diaconoru
Ergò nulli planè ordines fuere
Ecclesia Romanâ, Corinthiacâ
Qvis ferat argumentantem? S. P
lycarpus Smyrnensis Episcopus
inscriptione Epistolæ ad Philippe
meminit tantùm Presbyterorum
suâ Ecclesiâ, nam ita sonat illa: P
lycarpus & qvi cum eô sunt Presbyt
Ecclesiæ DEI, qvæ est Philippis. E
gò in Smyrnensi Ecclesiâ non fuê
Diaconi. Deinde ponamus Phili
penses ad illud usq; tempus nondù
habuisse Episcopum, qvid indè? Qv
enim est collectio in Philippensi E
clesiâ nondùm fuere Episcopi, erg

i

nullâ? Qvi ita inſert, commit-
fallaciam à dicto ſecundum qvid
dictum ſimpliciter. Qvia Phi-
lippenſes nondûm habebant Epiſco-
pum, proptera ſine dubiò S. Apoſto-
lus neceſſarium exiſtimavit Epa-
phroditum *fratrem & cooperatorem &*
commilitonem Philippenſium Apoſtolum
mittere ad eos, ut eſt in capite 2. epiſt.
ad Phil. v. 25. Nihil ſanè vero
magis conſonum videtur, qvàm E-
paphroditum à Paulo & Timotheo
Epiſcopali auctoritate munitum ad
Philippenſes remiſſum eſſe; Idcir-
co ſolicitè monet, ut excipiant il-
lum Philippenſes *cum omni gaudiô*,
c. v. 29. Obſervavithoc Theodo-
retus in Comment. ad Philipp. c. 1.
ſcribens: *Beatum Epaphroditum in*
Epiſtolâ ipsâ eorum (Philippenſium)
Apoſtolum appellavit. Apertè ergò do-
cens, Epiſcopalem diſpenſationem ei fuiſſe
creditam, cùm appellationem haberet

 Apoſtoli

Apoſtoli. Et rurſus ad cap. 2, v.
Apoſtolum ipſorum vocavit, ut cui
eorum cura concredita, ut clarum
ſub illo miniſtrâſſe eos, qvi in proa
vocabantur Epiſcopi nempe Presby
ordinem complentes. Nec dubi
qvin S. Polycarpus in Epiſtola
eosdem Philippenſ. ſcripta, q
Apoſtolus vocat Epiſcopos & D
conos, ipſe appellet Presbyte
& Diaconos ita ſcribens: *Subj*
eſtote Presbyteris & Diaconis ſi
DEO & Chriſto. p. 8. edit. He
ſtad. Maderi.

§. 8. Pro ordinatione Pres
terorum verò facere videtur lo
1. Tim. 4. v. 14. *Noli negligere*
num, qvod in te eſt, qvod datum
tibi per Prophetiam cum impoſit
manuum Presbyterii. Enimverò S. C
ſoſtom. Theophylact. Oecum. aliiq;
telligunt per Presbyterium *Collegi*
Epiſcoporum; Adeoq; expreſsè S.
ha

linn. Chrysost. hom. 5. *Non hic,* iqvit, *de Presbyteris loqvitur, sed de* *piscopis. Neq; enim Presbyteri ordi-* *abant.* Ecce ut S. Chrysost. nobis-um discrimen inter Episcopos & Presbyteros stabiliat, etiàm ea lo-a, ubi Presbyteri nomen adhibi-um est, de Episcopis explicat. Ut ideas prorsus absona esse, qvæ abet D. Drejer. p. 574. Juxta Ethiopem qvoqve Apostolus hoc icit: *Ne rejicias gratiam ejus, qvæ su-ra te est, qvam dedit tibi cum Pro-hetiâ & cum impositione manuum E-piscoporum*, Beatus Theodoretus in . 1. πρεσβυτέριον, inqvit, ἐνταῦθα ὃς τῆς ἀποστολικῆς χάριτος ἠξιωμένους, i. e. *Presbyterium hoc loco appellavit os, qvi Apostolicam gratiam accepe-runt.* Commodissimè per Presby-terium hoc loco intelligimus cœ-tum Apostolorum, qvi etiàm Epi-scopi erant, ut nemo negat. Et

 certè

certè si Apostoli sunt Presbyteri, ut in Scripturis appellantur & Protestantes incunctanter concedunt, Collegium Apostolorum rectè vocari potuit Presbyterium, & id tantò magis admitti debet, qvia etiam unus in hôc Presbyterio fuit Paulus Apostolus, sicuti liqvet ex 2. ad Timoth. c. 1. v. 6. *Propter qvam caussam admoneo te, ut resuscites gratiam DEI qvæ est in te per impositionem manuum mearum.* Idem donum, qvod 1. Timoth. 4. v. 14. per Presbyteri[um], hic scil. 2. Tim. c. 1. v. 6. per S. Pauli manuum impositionem esse concessum asseritur, hoc vero non potuisset affirmare Paulus, nisi cum reliqvis sui ordinis Presbyteris imposuisset manus Timotheo; Paulus verò Presbyter simplex non fuit, (qvod & de cœteris dicendum

,)qvalis hodiè hoc nomine
t. Fruſtra ergò pro aſſe-
â hodiernorum Presbyte-
um ordinatione provocant
rdinationem eorum Pres-
erorum h. e. Apoſtolorum,
s à ſimplicibus Presbyteris
diſtinxiſſe neminem latet.
ectionibus ergò his nihil ob-
tibus firmum ratumq; ma-
, ordinationes Presbyterales
itutis Apoſtolicis repugnare.

Caput VI. Probans

Chriſti inſtitutione & facto rimen inter Epiſcopos & Presbyteros fluere &c. enumerans qvoq; varias officii Epiſcopalis utilitates.

§. 1.

QVoniam autem multi eâ ducuntur opinione eminen-

 tiam

tiam & primatum omnem
includit etiam jus peculiare
dinãdi, cum Christi instituti
gnare, videamus, an veri q
piam huic assertioni subsit
annon Christus Ecclesiæ c
ad Ephes. 5. insigni aliqvô f
ostenderit potiùs placere sil
corpore suô mystico ordin
qvi subjectionem non exclu
A dissentientibus urgentur v
ba Matth. c. 20. v. 26. & Mar
10. v. 44. Nam in illo hæc
bentur: *Qvicunq; voluerit inter*
major fieri, sit vester minister, in
autem legimus: *Qvicunq; vol*
in vobis primus esse, erit omn
servus. At verò tantum abes
hic omnis à Christo prima
proscribatur, ut potiùs is invi
stabiliatur, si stemus interp
tatione S. Lucæ in Evang. c.
v. 26. ubi ita hæc Christi effe

Qui *major est in vobis, fiat sicut minor* νεώτερος, ut aliqva exemplaria habent:) *& qvi præcessor est* ὁ ἡγούμενος, hoc est, qvi *præest aut Dux est, sicut ministrator,* In qvibus non tantum aliqvis primus præponitur; *qvi major est, qvi præcessor est*, sed & modus acqvirendi primum locum traditur scilicet per humiliationem sui ipsius & aliis inserviendi desiderium. qvi displicere Servatori posset ordo talis, cum ipse *in gloriâ cœlesti constitutus* dederit alios qvidem *Apostolos, alios verò Prophetas, alios Evangelistas, alios Pastores & Doctores variisq; gradibus distinctos*, Ephes. 4. v. 11. hinc 1. Cor. c. 12. v. 28. Apostolus exertè ait: *Dedit DEus in Ecclesia primum Apostolos, secundo loco Prophetas, tertio Doctores* Christus etiàm jussit in Apocalypsi Angelis id est Episcopis, septem

Can-

Candelabrorum aureorum
est Ecclesiarum scribi. N
ergò potest ejusmodi ordo
Christo adversus.

§. 2. Jllustris actio est S
vatoris nostri, qvâ primò d
decim elegit, & eos Aposto
vocavit, Luc. c. 6. v: 13. & Lu
10. designavit alios septuagi
duos *& misit illos binos ante fac*
suam in omnem Civitatem & loc
qvò erat ipse venturus. Certè n
sine gravi caussa duos minist
rum ordines inter se diversos
peri & Ministerio Christus J
sus in primâ Evangelii prom
gatione adhibuit. Et initio q
dem dici poterit, hoc pacto
Servatóre nostro impletam e
figuram, qvâ ex DEI dispositi-
ne Moyses, qvi Typus Chri
fuit, Num. c. 1. Principes tr-
buum duodecim ac deinde

Nun

um. 2. Septuaginta Seniores,
i in regimine ei forent admi-
culo, elegit. In transcursu hic
notare liceat, qvod refertur
Martin histor. Sinic. lib. 4.
onfutium maximæ apud Si-
nses Auctoritatis Philosophum
ptuaginta duos sibi delegisse,
scipulos, qvorum è numero
præ cæteris potiori curâ in-
tuendos suscepit, sine dubiô
ebreæ Reipublicæ exemplar
cutus. Deinde verò Christus
sqve dubio hâc actione nobis
gnificavit, qvòd in Ecclesia sua
stinctos ordines constitui vel-
t eos nimirùm, qvi per Apo-
olorum & deinde discipulorũ
ollegium præfigurabantur.
ntiqvissimi autem Ecclesiæ
octores ajunt, qvòd Apostoli
æsignificârint Episcopos; Do-
ini verò Discipuli Ecclesiæ
Pres-

Presbyteros; & præterea d
cent, qvòd ad imitationem
cti Servatoris noſtri Epiſcopi
ce Apoſtolorum & Presbyteri
qvi Presbyteris in exercitio m
nerum æqvales licet ordinat
ne majores, Chor-Epiſcopi lo
72. diſcipulorum in Eccleſia
ſtituti. Ita Concilium Neo-C
ſarienſe ante Nicænum in Ca
padocia celebratum, c. 14. In S
nodico Beveregii p. 413. Tom
Damaſ. epiſt. 5. Leo M. epiſt. 88
liiqve plures Doctores hâc
re loqvuntur. Hinc paſſim
piſcopi Apoſtolorum vocant
Succeſſores à S. Patribus. Non
poſſum, qvin attexam egreg
S. Martyris Cypriani verba
piſt. 42. (aliis lib. 2. epiſt. 10. in
editione Manutii) p. m 57. *H*
enim vel maximè frater & laboram
& laborare debemus, ut unitatem
Dom

mino & per Apostolos Nobis SUC-
CESSORIBUS *traditam quantum possu-
mus, obtinere curemus, & quod in nobis
palabundas & errantes oves, quas
rundam pervicax factio & hæretica
tatio à matre secernit, in Ecclesiam
ligamus, illis solis foris remanentibus,
in obstinatione suâ vel furore perse-
raverint, & ad nos redire noluerint,
retionis & separationis à se factæ
Ecclesiæ derelictæ ipsi rationem Do-
no reddituri.* Balsamon ad citat.
non. ex Concil. Neo-Cæsar. ita
mmentatur: *In locum discipulo-
m Domini duodecim scilicet Apostolo-
m, qui etiam Spiritus S gratiam ac-
erant, ut ligarent & solverent, pro-
ti sunt uniuscujusq; regionis Episcopi.*
um hôc prorsus convenientia
eundem Canonem habet Zo-
ar. Meritò a. ita Ecclesia sensit.
àm omnis Christi actio est ut
hristiani uniuscujusq; ita Ec-
clesiæ

clesiæ præprimis totius instit tio. Et profectò, si qvod *Pri cipi* qvomodocunq; *placet*, leg scil. civilis, *vigorem habet*, qv Ulpiani dictum in jure Roma habetur, aut ut Guntherus I gurin VIII. canit. *pro lege volu tas Principis esse solet, qvicqvid dec verit ille esse ratum mos est & legis h bere vigorem*: Qvantò magis ap Christianos divinæ legis vig rem habebit, qvod Christus p qvem Reges regnant Prov. v. 15. tàm insigni documento s placere comprobavit, ne tàm lustris actio capitis in corpor suo sit irrita. Certè S. Cypri Epist. 65. ad Rogatian. ita h accipit factum, qvasi Christ ipse elegisset Episcopos, nan ita scribit: Qvoniam *Apostolos*, est, *Episcopos & Præpositos Domin elegit*. Et hinc non immeri

epi

eſt.55. Epiſc. nominat *Divinam poteſtatem*, hoc eſt à Chriſto, qvi DEo eſt, inſtitutam. Nec divinam Epiſcoporum inſtitutionem negare poſſunt hâc in re adverſarii. Hujus rei irrefragabile teſtimonium formula reformationis, qvam ſecundum Decreta Spirenſia Sereniſſ. Elector Saxoniæ à Profeſſoribus Wittebergenſibus nempe à Lutherô, Bugenhagiô, Pomeranô, Crucigerô, Majore, Philippo Melanchthone (Hi enim omnes propriâ manu ſubſcripſerunt) conſcribi juſſit A. 1544. die 23. Nov. & illi annô ſeqventi perfecerunt, qvâ de re legi poterit lib. 3. Comment. de Lutheraniſ. Sect. 31. §. 119. p. l. 521. & ſeq. Seckendorf. qvi eam etiam integram ibid. & ſeqq. adducit. In hâc apud Seckendorf. p. 532. col. 2. lego: *Hanc no-*

ſtram

*stram reformationem ad leges Divi-
qvæ ut sunt æternæ, ita semper ab ho-
nibus colendæ erant, instituimus.*
mum fateri ipsi coguntur NB. *D*
ante omnia præcepisse Episcopis, ut
ceant Evangelium per seipsos aut c
per alios doceri curent. & p. 533. co
Episcopis NB. *præcipit DEus, ut sint*
spectores Doctrinæ in omnibus Eccles
qvibus præsunt & curent, ut Pasto
inferiores rectè doceant: Sicuti Chris
Petro præcipit: Et tu conversus confir
fratres tuos. Et post aliqva: *D*
præcipit exerceri judicia Ecclesiastica
Matth. 18. scriptum est, & 1. Tim.
Nisi hæc præsupponant divina
Episcoporum institutionem ta
qvam certissimam, sanè ignor
qvibus verbis institutio divina
possit ut certissima declara
Qvibus enim Deus in N. T. præ-
cepta de officio ritè administra
do præscribit, eos certè ad of-
ciu

n ipſum gerendum à DEO
itutos eſſe neceſſe eſt: Sed
ò juxta antecedentia verba
is præcepta præſcripſit Epi-
ois, nam DEUS præcepit, ut
eant, ut ſint Inſpectores do-
næ,&c. Non dubium ergò
qvin Epiſcopi à DEO ſint in-
iti. Hoc autem teſtimonium
i pluris eſt faciendum, qvia
nula illa auctoritate Publicâ
ota eſt ab ipſis ita appellatis
ormatoribus Luthero, Me-
hthone (& qvidem non diu
illius mortem, utpote qvæ
ſecuta eſt anno proximè ſeq.
dragesimô ſexto) eum in fi-
, ut in proximis Comitiis
rmatienſibus exhiberetur,
le nulla ſuſpicio, hæc eis
uitò excidiſſe, præprimis
jusſi eſſent, ut *extrema indi-*
nt, in qvibus -- ultimò perſiſtere vel-
lent,

lent, referente Seckendorff. l.
p. 521. in fine.

§. 3. Qvemadmodum ve
Episcopi & Presbyteri insti
tionem suam divinam illi q
dem in Apostolis, hi verò i
70. discipulis recognoscunt:
non minùs norunt Presbyt
ex eâdem Christi institutio
fluere, ut Episcopi ordinent
piscopos & Presbyteros. N
non 72. illis discipulis sed A
stolis potestatem ordinandi c
tulit, ita eos in ipsorum o
natione vel missione com
lans: *Sicuti misit me Pater, ita*
mitto vos. Ut scilicet, sicuti C
stus tantum habuit à Patre
testatem (*non enim se ipsum g*
cavit ad Hebr. c. 2.) institue
ministros diversi ordinis; ita
riter & Apostoli Christi t
instructi haberent potestate

endi & inſtituendi diverſos nes & hoc ex Chriſti inſti-one. Sicuti enim qvandò hariſtiam conſecrandi ipſis ſtàtem dabat, eos ita com-avit Luc. c. 22. Hoc,qvod facere vidiſtis, *facite in meam memorationem* & Apoſtoli fa-Chriſti ſufficientisſimė in-cti deinceps ex Divina iſti inſtitutione S. Eucha-am celebrarunt; Ita con-iis ordinandi facultate per Chriſti dictum: *Sicut miſit me r, ita & ego mitto vos*, ordi-erunt eo pacto, qvo Chri-n viderant ordinantem, & rſos ordines inſtituerunt Chriſti inſtitutione. Sicuti ò ii, qvibus non data à iſto facultas conſecrandi, nullo modo ſibi vindica-

re poſſunt: ita etiam qvi
facultatem largitus non eſt
tendi, & ordinandi eam
tribuere non poſſunt.
Catholici ſemper agnoveru
ut ex antecedentibus abu
conſtat. Jam verò, ut
Apoſtolis & in iis non Pre
teris ſed Epiſcopis conceſſi
ordinandi, ut qvilibet Epi
pus uſurpare poſſit ea, qva
bet Clarus à Muſcula Epi
pus in Concilio Carthag. a
S. Auguſt. de Baptiſmo c
Donatiſt. lib. 7. c. 43: *Man*
eſt ſententia DOmini noſtri J
Chriſti Apoſtolos ſuos mittentis &
NB. *ſolis poteſtatem à Patre ſibi*
tam permittentis, qvibus nos ſucc
mus, eâdem poteſtate Eccleſiam
mini gubernantes. Hinc jure
vinô Epiſcopis ordinatio
co

petere certum eſt nec negari poteſt ab ipſis Lutheranis. Nam in formulâ illa ſup. citat. p. 32. apud Seckendorf. ita legimus: *Sciunt & hoc mandatum eſſe, ut ordinationem Presbyterorum rectè adminiſtrari curent videlicet, ut ſimul fiat ſeria morum & doctrinæ exploratio ac rudiores ac doctè erudiantur. Sciunt Epiſcopi ipſi veterem eſſe de ordinatione opinionem proprium videlicet Epiſcoporum eſſe, hanc ipſam comprobationem Presbyterorum, quæ fit impoſitione manuum.* Si verò ex mandato DEI Presbyteri ab Epiſcopis ordinantur, ut ipſi confitentur, quicunqve aliis quam Epiſcopis hoc tribuunt, DEI mandatum transgrediuntur, & ii, qui præter Epiſcopos hoc ſibi arrogant, non tantùm

graviter peccant ut prævi-
catores divini mandati, sed a-
ctus eorum planè irritus
nec conseqvitur debitus o-
nationis effectus ad speciem
dinationis peragi in cœt
Protestantium solitæ. Et
scio annon malæ causæ i
cium sit, qvod Lutherani a
imperii ordines egerint, u
Episcopis Misnensi & Na
burgensi ordinarentur min
&Bohemi obrepserint ad or
tiones Episcoporum Catho
rum, ut testatur Franc
Turrianus in lib: de Eccl
ordinat. minist. lib. 2. c. 13. q
videre nobis contigit opus
jam ad finem perducto, erg
ne dubio dubitarunt de
natione Presbyterali & per
Sp. S. non communicari
dentur fuisse persvasi.

§. 4. Contra qvi à legiti-
i Episcopis ordinantur, fiunt
itus S. & donorum ejus par-
es æqvè ac si ipsi Apostoli,
vos Spiritum suum insuffla-
Christus, ipsis imponerent
us, qvia ut à Christo in
stolos, ita ab Apostolis in
copos primitivos & ab his
ostros facultas conferendi
itum S. est translata, qvam
rdinatione exercent. Sed
qvæstio incidere potest, qvi
im, ut etiam Apostoli non
fflârint Spiritum S. sed per
uum impositionem eun-
contulerint, qvos etiamnũ
ratur Ecclesia. Ea qvæstio
lem hujus loci vix est; tri-
verbis tamen ei satisfaci-
s. Nimirùm Christus hâc
emoniâ significavit, Spiritum

 S. ex

S. ex se procedere, ut expon
S. August. lib. 3. in Maxin
14. & Cyrill. lib. 12. in Jol
Et sanè afflatus seu πνεύσις
nomen substantiale processionis,
Spiritus S. existentiam accepit, ut
culcat S. Athanas. in Refut. l
let. Tom. 1. p. 447. & S. B
5. contr. Eunom. p. 118. &
de Sp. S. p. 189 ostendens igi
Dominus ex semetipso Spiritun
procedere, insufflans discipulis di
Accipite Spiritum S. ut pulchrè
nastas. nec non Petrus Dam
Opusc. 1. cap. X. & Anselr
contra Græcos hoc deduci
Ipsi verò Apostoli ex divinâ
spiratione per manûs imposit
nem Sp. S. communicare
luerunt memores qvonda
Moysen juxta mandatum I
Josuæ coram Eleazare Sac
d

: manus imposuisse Num.
v. 23. Id qvod imitati Judæi
eo tempore ordinandis sem-
manus imposuere, ut testis
Benjamin in itiner. p. 73. ad-
itis verbis, qvæ Seldenus in
nment. ad Orig. Eutychii
9. adducit, credentes, super
ordinatos *qviescere majestatem*
vinam, qvam Spiritum S. vo-
bant, & *è sacro sermone habere eos,*
e ad hunc effectum faciunt ex Num.
v. 26. & Devt. 34. v. 9. testa-
r ibidem Seldenus. Hujus
tus imitationem in ordinatio-
suæ humilitati maximè con-
nire arbitrabantut S. Aposto-
, præprimis qvia apud *omnes*
ropemodùm *gentes in rebus ar-*
uis, in qvibus Divinum auxilium
mnium maximè necessarium est, ad
œlum manus attollunt, ut Au-
 ctor

ctor eſt Ariſtot. lib. de mun[
c. 6 Æneas apud Virg. lib.1 Æ[
neid. v. 93. *Ingemuit & dupli[*
tendens ad Sidera palmas, hoc [
Servio interprete, *manus ex[*
citas, & lib. 3. v. 263. *Pater Anc[*
ſes paſſis de littore Palmis numina m[
gna vocat. Horat. lib. 3. *Cœlo*, i[
qvit, *ſupinas ſi tuleris man[*
Ipſe Lucianus DEorum hom[
numqve irriſor in Philopatri[
in fine Tom. 2. Edit. Batav. [
m. 780. Nos *autem illum Ath[*
nis ignotum, inventum adorantes [
χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες, *& m[*
nus in cœlum tollentes, gratias [
agamus. Notanter manuum
impoſitio à Tertull. in lib. d[
Baptism. appellatur *advocans* [
invitans Spiritum S. Eccleſia a[
Apoſtolis edocta eum morem
deinde ſemper ſervavit.

§. 5

§. 5. Variæ autem caussæ
li possunt, cur Episcopis Ec-
siæ gubernatio & Presbyte-
um ordinatio permissa sit à
Cristo & Apostolis. Cùm le-
verba hæc S. Hieronymi
Epist. ad Evagr. Et ut
mus traditiones Apostolicas sumptas
veteri Testamento, qvod Aaron &
i ejus & Levitæ in templô fue-
t, hoc sibi Episcopi & Presbyteri
Diaconi vendicent in Ecclesiâ, suc-
rrit, qvod á tempore Hille-
sine Principis Synedrii vo-
ntate nemo potuerit legiti-
è ordinari. Inde verò pro-
bilior redditur eorum opi-
o, qvi ajunt ad imitationem
nagogæ factum, ut Presby-
r non nisi ab Episcopo ordi-
ri qveat in Ecclesia. Verùm
is missis indico tantùm utili-

 tates,

tates, qvæ tùm in Presbyter
tùm in integram Ecclesiam
regimine & ordinatione E
scopali redundant. Nam h
omniscium Servatorem n
strum respexisse piè credim
utpote qvi suis institutis hon
num salutem unicè promove
voluit.

§. 6. (1.) Presbyteri cur
insigni πληροφορία & ani
tranqvillitate affirmare possu
se à Christô missos esse in V
neam Domini, nam ordinat
se norunt ab iis, qvi cum tr
ditione Episcopatûs *Charisma*
ritatis ab ipsis Apostolis accep
runt. Qvod qvô loco sit
habendum noverint ii ex Prot
stantibus, qvi fluctuationib
miserè circumaguntur & sine
remorsu conscientiæ suô mun

concionatoriô non fungun-
Ea autem notitia, qvæ
fiduciam gignit, foret du-
si unicuiqve Presbytero-
ordinatio permissa fo-
Qvi Zelô lucrandi ani-
Christo fervent; promptis-
è ab Episcopali vigilantiâ
stitutionibus omnia impe-
nenta tollentibus & pietatis
rementa mirè promoventi-
s adjuvantur; qvod sperari
n potest à multis ejusdem
testatis sæpè in diversa ab-
ntibus (hôc in dissensu So-
isticam Sapientiam, illô futi-
m eloqventiam, tertiô invi-
am suam manifestante) &
oram ex mora trahentibus.
3.) Qvòd si, ut subinde fit,
resbyterorum innocentia im-
etitur, commune refugium
 Epi-

Episcopus est; Non necess
hic in justæ caussæ patrociniu
muneribus assessorum suffrag
emendicare, non opus mo
hujus modò istius prensare
vorem & beneficii loco æs
mare, ne justissimâ etiam
das caussa, qvod fieri toto
ubi penes plures sunt recog
tiones caussarum, experientiâ
qvotidianis aliorum qvere
abundè edocti scimus. (4.) Cu
hæretici non cessent debella
Ecclesiam, contra qvos pro
rili unusqvisq; Christianus pr
primis Clericus omnis pugn
re tenetur, Episcopus boni In
peratoris vices implens ordin
tam aciem hosti terribilem
stere potest, ubi res & occasi
reqvirit. Omnia alia ver
fiunt, ubi *nemo audit neminem* mo

Cyclopum, aut unusqvisq;
nas ſibi vendicat partes, ſub-
è enim tùm impletur illud:
itudo imperantium perdidit Ca-
i, qvod eſt vetus prover-
m explicatum ab Eraſmo
il. 2. Centur. 7. p. m. 437.
Autoritas Epiſcopi etiam
ſbyteris ſuam conciliat au-
ritatem, & omnis incolu-
tas ſacri ordinis ſtat auctori-
e Epiſcopi. (6.) Et qvia Pres-
teros ac Clericos uni emi-
ntiori vel pluribus ordine
i æqvalibus ſubjici neceſſe
at; Optimâ conditione illi
bjiciuntur, cujus intereſt, ut
i ſubjecti ſint ſalvi; Intereſt
rò non tàm aliorum Presby-
rorum, qvi Presbyteri ma-
ent etiam pereuntibus aliis,
vàm Epiſcoporum, qvi eam
 habent

habent ad Presbyteros relati-
nem, qvam Patres ad filios,
liis verò ſublatis Patres eſſe n
poſſunt. Breviter, Qvod
Homerô in Politicis Ariſt
dixit: *Non bonus eſt multorum pr*
cipatus, Rex unicus eſto, Id ſuo m
do etiam in Republica Eccl
ſiaſtica locum habet, præp
mis cùm Epiſcopi in gravio
bus negotiis Sapientisſim
qvosqve ex Presbyteris in Po
tificalibus Eccleſiis in conſiliu
tanqvam Senatores adhibe
posſint.

§. 7. Laici etiam uberrim
utilitates ex regimine & or
natione Epiſcopali percipiun
ex qvibus una ex præcipuis m-
hi ſemper viſa eſt, qvod tuti-
ſimè absqve moleſtis ſcrupul
propoſitam à Presbyteris ſi
d

trinam feqvi qveant. Con-
enim funt, qvòd Presby-
eandem cum fuo Epifcopo
trinam profiteantur, à qvô
definitis vel latùm un-
m recedant, ftatim errores
um fint notandi. Qvod a-
fecùs fefe habet. Commu-
verò Clericis & Laicis ex
fcopatu redundans Utilitas
Unitas, in qvâ per exor-
Epifcopo datam potefta-
omnes in unâ diæcefi con-
vantur. Et Epifcopatum
è Schifmatis remedium edo-
it fufficienter triftis, credo,
perientia Proteftantes, inter
os poft abolitos Epifcopatus
numeræ funt exortæ fciffuræ
qvotidiè plures glifcunt &
dies aliæ & aliæ funt metuen-
e. Adeò verum eft qvod S.
Hie-

Hieronymus habet: *Ecclesia*
lus in summi Sacerdotis id est Epis
dignitate consistit, cui si non exors q
dam & ab omnibus detur pote
tot in Ecclesiâ efficientur schism.
qvot Sacerdotes. Unitas v
qvanti beneficii locô habend
sit, cognoscet is, qvi nov
Christo ejusqve Apostolis f
se propositum unam per
bem serere Ecclesiam Co
munionis sanctæ glutino coh
rentem, qvi expenderit, id v
luisse Christum, ut omnes, q
ab ipso nominari & per ipsi
beatitudinis compotes fieri v
lunt, *unum sint inter se, sicut*
cum Patre unum est, Joh. 17. v.
21. 22. 23. qvi perpenderit, in
hoc singulos baptizari, *ut un*
simus, 1. Cor. c. 12. 13. de *uno p*
ne, qvi *de Cælo venit*, vesci, ut m

magisq; coaleſcamus & u-
n nos corpus eſſe teſtemur,
or. c. 10. v. 17. Cùm ergò
unitatem conſervandam,
ferant Epiſcopatus, admi-
lis eſt fructus, qvi ex iis in
iſtianos omnes derivatur.
nâ conſolationis res eſt, qvâ
nter Catholicos perfūdūtur,
n cogitant ſe eſſe in Com-
nione fidelium; nam non ut
i fit, vanè ſibi blandiun-
. Omnes enim unius diœ-
eos filii cum Patre Epiſco-
ſuo in Communione ſunt,
er verò, qvia cum cæteris
iſcopis conjunctꝰ eſt filii cum
chi-Epiſcopo, & ei ſubjectis
nnexi ſunt, Archi-Epiſcopos
njungit vinculum unitatis S.
les Romana. *Primatus*, ut
rbaCypriani noſtra faciamus,
Petro

Petro datur, ut una Christi Ecclesia
Cathedra una monstretur. Impr
dens sit, qvi ultimum hoc n-
gat. Et qvi in Ecclesiæ hist-
ria discendâ aliqvid laboris p
suerit, negare non poterit, g
vissima olim per Græciam
siamqve Schismata auctorit
hujus S. sedis esse sanata. H
est illa sedes, qvam suborien
bus dissidii seminibus res
ciunt unitatis amantes, hæc e
qvæ divortia opprimit, h
hæc est caussa, cùm interdu
opinionibus, de qvibus ne
tram in partem pronuncia
Ecclesia, Catholici inter se d
sident, cur in eodem corpor
maneant non ruptâ Comm-
nione. Huic plenissimum j
in Opusculum hoc esse volo,
unum adhùc monuero, viti

qv-

orundam Epiſcoporum non
e Epiſcopalis regiminis ſed
minum errata, & qvod non-
mo de Monarchiâ argutè di-
t; *Neronis facta ei non eſſe eſſen-
lia*, id in Epiſcopatibus etiam
let, nec peccata hæc impe-
unt, qvo minùs Epiſcopatus
it juncturæ, per qvas Eccleſiæ
rpus compaginatur, ad E-
ueſ. 4. v. 11. 12. 17. 19. Profe-
ò etiam olim vitia in Epiſco-
s notata ſunt, ita tempore S.
ypriani multi in Africâ im-
i erant Epiſcopi, *avari, rapto-
r, uſurarii negotiatores*, prout fu-
ùs declarat S. Martyr in ſer-
ione 5. de lapſis, præterea
voqve erant *invidi ac Contentioſi*,
t iterùm S. Cyprianus nos e-
ocet in Tract. de Zelô & Li-
ore. In hunc ſenſum etiam
multa

multa scribit S. Augustin.
lib. 4. de Baptismo contra Don
tistas, cap. 10. & 12. & lib. 5. ca
10. Cujus generis verò inte
dùm fuerint, qvi Episcopatu
desiderarint discere licet ex
Gregorio Nazianz: in Apol
get. S. Johanne, Chrysost
mo lib. 1. de Sacerdot: S. Aug
stinô in Epist. 148. nec non
Hieronymo in Comment: in
cap. 1. ad Timoth. nec tam
propterea statim sunt Episc
patûs aboliti multò minùs v
rò officinm Episcoporum co
temptum aut concultatum e
Opportunè hic recordor dic
Hipponensis Præsulis S. Aug-
stini de Donatistis ita scribe
tis: *Non nisi hominum crimina co-*
gere affectant & ea ipsa plura fals-
simè jactant, ut qvia ipsam divi-

script-

[scri]pturæ veritatem, qvâ ubiq; diffusa [Ch]risti Ecclesia commendatur, crimi[na]ri & obscurari non possunt, homi[nes] per qvos prædicatur, adducunt in [odi]um de qvibus & fingere qvicqvid [in] mentem venerit, possunt. Vide[a]nt verò nominis Episcopalis [at]trectatores, annon illa etiam [si]bi mutatis mutandis qveant [a]pplicari. Tales accusationes [ce]rtè sapiunt mores Walden[siu]m ingenium Wicleficum [&] Hussiticum, ac sapienter re[pr]essæ sunt à Thomis altero [W]aldensi, Stapletono altero, [q]vem ultimum debeo singulari [fa]vori Reverendissimi Præ[l]ati ad S. Matthiam Domini [M]ichaelis Fibigeri, Fau[t]oris eruditorum & Literarum [m]agni. Nos his non obstan[t]ibus, verbis qvibus ferventissi-

tissimus Catholicæ fidei pr
pugnator & Athletha magn
Athanasius Dracontium, q
episcopatum fugiebat, volui
compellare, alloqvimur lect
rem non Catholicum: *Qvod*
constitutio Ecclesiarum Tibi non pla
aut nullam omninò mercedem Epi
pi functioni destinatam arbitraris,
Servatorem, qvi eam ita instituit, c
temnis, oro Te, istiusmodi qvid in m
tem ne admittas, neqve Auctores i
rum Consiliorum sustineas. Na
qva Dominus per Apostolos
instituit & bona sunt
& firma per-
sistunt.

DEO Laus & Gloria.

Adde ad Capit. 2. §. 3. in fin. p. 43. qvod Frisingensis lib. 4. cap. 30. Gotfridus Viterbiensis Chron. part. 16. & eos secutus diligentissimus Antiqvitatis Scrutator Johannes Cuspinianus in Austria facit Archiepiscopum Ravennatem S. Severinum, qvam sententiam rejicit Bollandus in Actis S. Mense Januar. monetqve p. 483. qvod Joannes Aventinus parùm fideliter acta S. Severini lib. 2. sub finem retulerit, unde patet, qvàm dubia res sit ex dubiis autem nihil certi potest colligi.

Cap. I. de Necesſitate ritè ordina[
rum Presbyterorum.
Cap. II. p. 27. A temporib. Con[
Nicæni in Catholica Eccle[
neminem à Presbytero fuiſſe [
dinatum.
Cap. III. p. 96. probans à Conci[
Vetitam ordinationem Presby[
ralem.
Cap. IV. p. 116. In qvo demonſt[
tur Seculo tertio, 2do & exeu[
primo Epiſcopos fuiſſe diſtinct[
à Presbyteris & hos ab illis or[
natos.
Cap. V. p. 207 demonſtrans ex Sc[
pturis diſtinctum eſſe Epiſcopa[
& Presbyteratus ordinem & [
ordinationes competere.
Cap. VI. p. 277. probans ex Chri[
inſtitutione & facto diſcrimen i[
ter Epiſcopos & Presbyteros flu[
re &c. enumerans qvoqve vari[
officii Epiſcopalis utilitates.

FINIS.

I. CHRISTIANI
HELWICH
ſſertatio oppoſita
uſſioni rationum ſuarum
ſelectarum Peſarovianæ
Cum
RESSIONE DE SCHISMATE.
AD
verendiſſimum ac Perilluſtrem
DOMINUM
N. MICAELEM
FIBIGER,
ici ac Militar. Ord. Cruci-
r ; cum rubeâ ſtella per Poloniam
& Sileſiam ut & Hoſpitalis ad
S. Mathiam
MINUM & MAGISTRUM &c.
Cum licentiâ Ordinarij.

GLACII,
imprimebat ANDR. FR. PEGA,
M. DCC.

Cap. I. de Necesſitate ritè ordin[...]
rum Presbyterorum.
Cap. II. p. 27. A temporib. Co[...]
Nicæni in Catholica Ecc[...]
neminem à Presbytero fuiſſ[...]
dinatum.
Cap. III. p. 96. probans à Conc[...]
Vetitam ordinationem Presb[...]
ralem.
Cap. IV. p. 116. In qvo demon[...]
tur Seculo tertio, 2do & exe[...]
primo Epiſcopos fuiſſe diſtin[...]
à Presbyteris & hos ab illis [...]
natos.
Cap. V. p. 207 demonſtrans ex [...]
pturis diſtinctum eſſe Epiſco[...]
& Presbyteratus ordinem & [...]
ordinationes competere.
Cap. VI. p. 277. probans ex C[...]
inſtitutione & facto diſcrime[...]
ter Epiſcopos & Presbyteros [...]
re &c. enumerans qvoqve v[...]
officii Epiſcopalis utilitates

FINIS.



